nentes quartã digõnẽ ſeu q̃tuor digõnes. Sꝫ rõ q̃re nõ oꝫ
auſcultari ſermo illoꝝ eſt: q2 tunc oꝫ fieri coitꝰ qñ ſupflui
tas emittẽda eſt multiplicata: ⁊ hoc erit poſt cibũ ſcd̃ario
ſũptũ: qm̃ cõiter ſumiẗ ſecũdus cibꝰ antq̃ ꝓmꝰ ſit omni
no digeſtꝰ: ſꝫ vt patuit nõ oꝫ fieri coitꝰ cibo 1º exñte in ꝓª
⁊ in 2ª digõne ꝑꝑ cãs ſupra aſſignatas ne remãcat idigeſtꝰ
aut idigeſtꝰ trahaẗ ad mẽbra: ergo oꝫ fieri tꝑe quo fit ter
tia digõ: q2 tũc factꝰ adiuuat ad attrahẽduz nutrim̃ ⁊ cãm
nãle ad mẽbra: q̃re dicũt cõiter hora ad coitũ adeũdũ eſt
poſt ꝓmã digõnẽ ꝑ duas horas vel tres in tãto tꝑe q ſepa
reẗ: ⁊ q ſit facta ſcd̃a digõ ⁊ icipit fieri tertia; q2 tunc ꝑ ip
ſum: vt dictũ eſt: nõ ipediẗ cibi digeſtio: ſꝫ potiꝰ iuuat tũc
ẽt cibꝰ p̄teritus appoſitꝰ eſt mẽbris. Uñ ipſa fortificata ſũt
ſic: q nõ debilitanẗ ex coitu. Et ſi ipſa ꝯtingat pur ex coi
tu aliqualr debilitari ſuccedit eis ſtatim nutrimẽtũ quo cito ⁊ faciliter poterũt roborari ⁊ reſumi. Et ob hãc cauſaꝫ
non oꝫ expectari cõplementuꝫ tertie digõnis ſeu q̃rte: qm̃
tunc ſeq̃reẗ ad coitũ aliq̃ membroꝝ debilitas: q2 lõgo tꝑe
ſtarent ꝑter hoc q poſſent reſtaurari: non ergo vt dicũt fit
coitꝰ rõne cibi p̄ſentis qui digeriẗ. Sꝫ rõne ꝓcedẽtis cuiꝰ
ſupfluitas multiplicata eſt: ⁊ tunc venit expellẽda. Et iſtõ
tẽpus dixit Aui. nõ eſt in pũctuali mẽſura: ſed diuerſifica
tur ſꝫm diuerſitatẽ corpoꝝ in digerẽdo: qd̃ eſt valde latuꝫ:
vt patuit in ſermone ꝓcedenti de remanẽtia cibi in ſtõ. nã di
xit ipſe. de hoibꝰ eſt q eſt in hmõi diſpõne. ſ. in diſpõne ſan
guinis ad mẽbra ⁊ remanẽtia reliquiaꝝ cibi in ipſis in ꝓn
cipijs noctis: quare fit ei illa hora ꝯuenientior horaꝝ coi
tus ex oibꝰ ꝓdictis. ſ. q̃ꝫtuꝫ ad coitũ factuꝫ rõne gñatiõis:
⁊ factuꝫ rõne expurgatiõis mãe: vel etiã voluptatis. Et eſt
etiã melior horaꝝ illa ex parte alia. ſ. eo q ſõnus lõgus ſuc
cedit ei. ſ. coitui ⁊ accreſcit cuꝫ eo. ſ. ſõno: vel cuꝫ eo. i. poſt
eum. ſ. coitum vel ſonum virtꝰ, Et figitur etiã aqua. i. ſper
ma in matrice ꝑꝑ ſomnũ mulieꝝ: ⁊ ſic facit ad gñationem
ſup. ⁊ de hoibus ſunt qui ſunt in hmõi diſpõne ꝓdicta in
medio aut in fine noctis vel in ꝓncipio diei: ⁊ maxime pre
varietate horaꝝ ſumptiõis cibi: ⁊ debẽt hi igeniari ꝑꝑ cãꝫ
dictam: vt poſt ipm lõgo dormiãt ſomno ꝑꝑ cãm aſſigna
tã. ¶ Frequenter tñ in hmõi hora pctm̃ comittiẗ: ꝓpterea
q voluptas decipit. multa latitudo etiã hore ſue dicti tẽ
poris longa eſt ⁊ fortaſſe nõ a multis cõmode ꝑceptibilis.
Iõ ad euitãduꝫ errorẽ in q̃litate tꝑe ⁊ hora coitꝰ auctores
aliqua ſigna poſuerũt qbus vnuſqſqꝫ poſſit ſibi ipſi metiri
horã ꝯgruaꝫ magis coitꝰ ſiue horã minꝰ icongruã. Quo
ruꝫ ſignoꝝ aliqua ſunt ꝓcedentia aliqua ſũt in ipſo coitu
actu p̃ñtia ⁊ aliqua ſubſequentia. ¶ De ꝓcedentibꝰ dixit.
Iudeꝰ. qlibet oꝫ coitu vti in tꝑe quo ſperma fuerit ꝯtẽtũ.
Et ſignuꝫ eius erit q excitaẗ ad coitũ abſqꝫ vlla re faciẽte
ad hoc: ſed nã ipm ſpõte reqrit: ⁊ maxime ſi ꝯueniẽs poſt
coitum p̄terituꝫ affuerit iteruallũ: ⁊ ſi cuꝫ hoc debito in
teruallo corpis p̄ſentetur grauitas ⁊ pigritia: ⁊ maxime in
ꝑtibꝰ renuꝫ ⁊ genitaliũ aut teſticuloꝝ tumor vel dolor ali
qualis: ⁊ ꝓcipue ſi fuerit cum melica tedioſitate abſqꝫ cau
ſa manifeſta. tunc ſciat hic patiẽs q vtẽduꝫ eſt coitu ne fi
at inde condenſatio ſꝑmatis ⁊ ſequanẗ inde nocumẽta.
¶ De p̃ñtibus aũt dñt ſi non ſenſerit ſe volẽs vti coitu in
hora illa vere mediũ: ſicut Gal. in tegni. oium circũſtãtiaꝝ
que extrinſecus ſũt de qbꝰ ſatis dictũ eſt: nõ oꝫ vti eo. imo

ꝛ ſi iā icepit nō dȝ cōplere actū:ꝛ maxime ſi aliquā nauſeā:
aut aliqḋ accñs ꝑter nāȝ ſenſerit ſibi euenire. Qꝫ ſi pur ad
peccādum voluptas vel aliud iduxerit: tunc eligat vt pec/
catuȝ paruuȝ ſit ſicut docuit Gal. vbi ſupra. ait. n. Si vō ꝛ
peccet aliqñ in coitu fac ꝙ peccatū ſit paruuȝ. Eteni meli⁹
eſt. i. min⁹ malū calefacto corpe coire q̄ȝ ipſo īfrigidato: ꝛ
hoc inſolute loquēdo: qꝛ ad coitū ſeq̄tur īfridatio corpo/
ris. In caſu tñ aliquo poſſet eſſe oppᵐ: vt v̄bi gr̄a. ſi corp⁹
hēt caliditatē intēſaȝ multū reſoluentē ꝛ exiccantē. in hac
eni diſpōne meli⁹ eſſet in coitu ſtare corpe aliqualr̄ infrigi/
dato q̄ȝ calefacto. Et meli⁹ eſt. i. min⁹ maluȝ. dixit Gal. vti
repleto corpe q̄ȝ euacuato: qꝛ coit⁹ inanit corp⁹ ꝛ deterior
eſt inanitio repletiōe ꝛ melior eſt corpe hūectato q̄ȝ exicca/
to ad vtendū venereis. nā coit⁹ deſiccat ꝛ facili⁹ eſt hūecta/
re deſiccatū q̄ȝ ecōuerſo. ℭ De ſubſequētib⁹ aūt ſignis ēt
dixit Gal. in tegni. ꝙ ſm̄ verū coit⁹ eſt iteruallo tāt⁹ fact⁹:
qꝛ in vſib⁹ eius coit⁹ neq̄ȝ diſſolutionē ſentiat v̄tutis: ſȝ le
uior q̄ȝ ante ip̄m ſeipſo fact⁹ ꝛ meli⁹ dormiēs vt ſi in hora
ꝯueniēti fact⁹ eſt. Sciat vtiq̄ȝ vnuſq̄ſq̄ȝ ꝙ q̄cunq̄ȝ hora coi
uerit: ꝛ nō ſe poſt coitū leuiorē ſenſerit ꝛ meli⁹ dormientē:
ꝙ ille coit⁹ fuit intēperat⁹: ꝛ tāto magis ſi grauiorē ſe deie
cta v̄tute ꝛ deteri⁹ dormientem iuenerit. Et ꝑ p̄dicta ſigna
dȝ ſapiēs iterualla vicū coit⁹ ſic metiri addēdo poti⁹ q̄ȝ di
ſtrahēdo ꝙ iueniat ſibi iterpollationē ꝯgruā ꝯuenientem.
ℭ Ex mō vō vſus coit⁹ reddit̄ intēperat⁹ maxīe rōne figu
re ſiue modi fiēdi ei⁹. Dixit Jude⁹. ſi mulier aſcenderit ſu/
pra virū in coitu īfert ei īflationē in v̄ga. Aut forſā erit de/
clināns ſp̄ma ip̄i⁹ in foramē v̄ge cuȝ ſit calīn. ꝛ Aui. dixit.
20ᵒ tertij. coit⁹ ſunt figure male ſicut ſi aſcendat mulier ſu
pra virū. figura. n. illa mala eſt in coitu ꝛ timet̄ ex ea īflatio
ꝛ vlceratio v̄ge ꝛ veſice ꝑꝑ laboreȝ eiectiōis ſp̄matis. ꝛ du
bitat̄ ſi currit aliq̄d in virgā ex p̄te mulieris. ℭ Dixerunt
ruffus ꝛ ꝯſtan. Coit⁹ ſi fuerit cū pueris erit vehemētioris
laboris: qm̄ inſtr̄m nō eſt ꝯueniēs ꝛ idiget labore ad faciē
duȝ deſcēdere ſp̄ma: nec hȝ de calitate ꝛ hūiditate: ſicut hȝ
vulua: ideo q̄ȝ laborat vehemēti⁹ niſi auct⁹ fuerit appetit⁹ val
de vt ei⁹ ſp̄ma ꝓuocet̄ de facili. Et Raſ. ait. vidi in alio lo
co ꝙ coit⁹ fact⁹ cuȝ pueris nō educit tātaȝ q̄ȝtitatē ſp̄matꝭ
velut fact⁹ cuȝ muliere: ideo q̄ȝ minoris ꝯtritiōis eſt corpis: ꝛ
tñ euitādus eſt: qꝛ nō dȝ ſemē tritici ꝓijci in terrā petroſaȝ:
ſed fructiferā. ℭ Et. A. dixit. coitus cuȝ ſtantib⁹ eſt apud
multitudinē gētiuȝ fedus ꝛ ꝓhibit⁹ in lege: ꝛ ex p̄te eſt no
cibilior: ꝛ ex p̄te eſt min⁹ nocibilis. nocibilior ē: qꝛ nā indi
get in ipſo motu plurimo: vt educat ſp̄ma. Sȝ qꝛ ſp̄ma nō
expellit̄ cuȝ eo expulſiōe plurima. i. non multū ſicut in coi
tu cum mulierib⁹ eſt minus nociuus. Et dixit. cōmutatur
etiā de iudicio p̄tie. ſ. ſp̄matis: vel ēt delectationis minus
q̄ȝ conſequat̄ vulua. i. coitū cum muliere.

Coit⁹ tē/peratus ex pte ordi/nis eius. ℭ Jn ordine vō coitus recipit tēperātiā: qm̄ i coitu nāli. ſ.
q̄ fit in hora ꝯueniēti ꝛ ad fineȝ gñonis nō expedit: vt ſubi
to fiat maris cū fe͞ia copulatio: ſȝ vt ꝓuocēt ſe ad ſp̄matuȝ
eiectionē ita vt ſil̄ ꝯcurrant: ꝛ qꝛ vt plm̄ in hoc fe͞ia eſt tar/
dior viro: opȝ vt vir eā incitet oculis āplexib⁹ tactib⁹ ma/
millaꝝ genitaliū ꝛ filium. Et ꝯſilr̄ fe͞ia incitet virū ſi vir ea
tardior eſt in ſp̄matis emiſſiōe. ℭ Et ex p̄te vō reꝝ ꝑter na
turā reddit̄ coit⁹ intēperat⁹ ꝛ incōgru⁹. dixit Sathar. noli
vti coitu cuȝ muliere īfirma. Et Aui. ſilr̄ opȝ vt euitet̄ coi/
tus egre. dicūt. p̄cipue ꝛ ei⁹ q̄ in matrice vel vulua vlcera pa
titur. dixit Sathar. noli vti coitu cū muliere mēſtrua ꝛ at
triſtata aut vetuſta ſenili: neq̄ȝ cuȝ mulierib⁹ noue etatꝭ: cū
operatio cuȝ eis noceat luxurie. ℭ Et Aui. dixit. de diminu
tiōe coit⁹. opȝ ꝙ euitet̄ coit⁹ mēſtruate ꝛ coit⁹ vetule. ꝛ il/
lius q̄ nōduȝ venit ad etatē pubertatis ꝛ eleuatiōis mamil
laꝝ ꝛ menſtruoꝝ: ꝛ vitet̄ coit⁹ illius q̄ nō nuper coiuit. i. q̄
diu ſtetit abſq̄ȝ coitu. Alia tñ lr̄a dicit: ꝙ que nuꝑ coiuit.
marie cū leproſo: qꝛ nō ſoluȝ mēbra genitalia veꝝ ꝛ totuȝ
corp⁹ ꝑiculuȝ patit̄. ℭ Dixit Ar. 10. ꝓbleumatū. ꝓbleu.
23. ꝙ hō coiens cū cognata ſua. i. cū ſilē ſibi in etate ꝛ pul/
chritudīe amore ꝛ appetitu: ꝛ p̄ſertim ſi eiuſdē fuerint pa/
trie delectabiliſſime coit. Et dixit eadeȝ p̄ticula ꝓbleu. 45.
inter alia aīalia hō coit mītū: ꝛ in oī tp̄e ꝛ cetera aīalia ab/
horrēt coituȝ poſt ꝯceptū: neq̄ȝ ſuſtinēt ſupra ſe marē aſcē
dere excepta equa ex brutꝭ. ipſa. n. aliqñ illū ſuſtinet: ꝛ cau
ſa eſt: qꝛ in eis mēſtrua nō abūdāt: qꝛ imaginatio ad coeun
duȝ in eis eſt ꝑꝑ māᵐ ꝛ nō ꝑꝑ voluptatē: ꝛ qꝛ in eis eſt ap
petit⁹ ad ſp̄ēȝ ꝯſeruādā ꝛ nō ad voluptatē ꝛ delectationē.
Mulier aūt nō ſolū ſuſtinet poſt ꝯceptū aſcenſū maris ſu/
per ipſaȝ: ſed aliqñ vehemēti⁹ appetit coituȝ nō ſolū ꝓpter
ſp̄ēm: ſȝ ꝑꝑ coit⁹ voluptatē ꝛ delectationem. Recordat̄. n.
cedētis delectatiōis vñ ſtimulat̄ ꝛ calefit. ℭ Dn̄t. ꝙ equa
ventis expoſita borealib⁹ incitat̄ ad coitū ꝛ meli⁹ cōcipit:
qꝛ eius calor nālis ꝛ ſp̄ūs friditate boree int⁹ roborant̄: q̄/
re humidū eius diſſoluit ꝛ ad loca generationis deportat.
ℭ Et dn̄t ꝙ auicule vere excitant̄ ad coitum: qꝛ humiduȝ
earum qḋ paruum eſt veris humiditate confortatur ꝛ au/
getur. vnde ad coitum excitantur.

ℭ Et dn̄t ꝙ catta cū ad q̄ȝdā ſp̄ēm nepite quā noſtri herbaȝ
ſacrā vocant ꝯfricatur ꝛ cū ea alludit excitat̄ ad coitū. ꝛ hꝰ
fortaſſe ex ꝯfricatiōe ꝛ motu calefacta: aut fortaſſe quadaȝ
ꝓprietate occulta nature catte vel illius herbe.

ℭ De q̄buſdā diſpōnib⁹ ſeq̄ntib⁹ ad coitū. Cap. iij.

Dixit Ariſ. ꝓbleu. 4ᵒ ꝓbleu. p̄. hō coiens
ſurſum ducit oculos nō itelligens de
p̄ncipio coit⁹: qꝛ eueniret oppoᵐ calore ꝛ ſp̄ū
tendēte deorſuȝ v̄ſus genitalia: ſȝ itelligēs ꝓ/
pe finē coit⁹: qñ. ſ. calor ꝛ ſp̄ūs a genitalib⁹ re
uerberat⁹ ſurſuȝ fert̄ ꝛ ꝑueniēs ad regionem
ſuꝑiorē mouet oculos ſurſuȝ. ℭ Et dixit in ꝓbleuma. 14.
hoīes in aq̄ min⁹ coire pn̄t. Et aſſignās rōnē dixit. qꝛ aqua
ſi eſt calida diſſoluit v̄tutē ꝛ diuertit ad oppoᵐ. ſi eſt frida
extinguit libidinē: ita vt dn̄t q̄daȝ hoīem in aq̄ frida coire
nō poſſe. ℭ Dixit inſuꝑ. geniturā a corpe ſolui ꝑ ignē ꝛ ca
liduȝ. q̄ ab aq̄ frida īpedit̄: neq̄ȝ ēt ſoluitur calo aqueo: aq̄
ēt ꝑ ſubintrationē ꝛ mediationē quā facit iter corpa coeū/
tia ipedit bonā amplexationē ꝛ ꝯfricationē corpoꝝ q̄ iu/
uant ad coitū: imo dixit Ar. ꝙ genitura non ꝓuſq̄ȝ calefa/
ciat fricatio ſoluit̄ intelligēs vt in plurib⁹. Jn q̄buſdā vō
ſolu ꝯtactu vel oſculo abſq̄ȝ ꝯfricatiōe aliqua accidit ſper/
matis emiſſio: ꝛ p̄cipue in abundātib⁹ multo ſp̄mate ꝛ ha
bētib⁹ vaſa ſciaria lata. ℭ Et dixit ibideȝ. ꝓbleumate. 19.
homo mingēs nō pōt ſp̄matizare: ꝛ ſilr̄ ſp̄matizās non pōt
mingere: qꝛ mingēs hȝ plenos meatus vrinales coartātes
meat⁹ ſp̄maticos. ℭ Et dixit. hn̄tes veſicā plenam nō cito
coeūt: qꝛ ꝯſtringunt̄ in eis vaſa ſciaria. ℭ Et dixit ibidē.
ꝓbleumate. 9. ieiuni citi⁹ coeūt q̄ȝ repleti. qꝛ ieiunis vie ꝛ
meat⁹ corpis ſunt magis apti ꝛ vacui. Vñ mā ſp̄matica p̄t
magis libere trāſire ꝑ eos: cui⁹ tranſitū liberū ꝓhibet opi/
latio poroꝝ ꝛ viaruȝ in repletis. ℭ Tēpore quo hō icipit
poſſe coire multas mutatiōes recipit: ꝛ ſm̄ corp⁹ ꝛ ſȝ ani
mā: ꝛ de mutatiōib⁹ ſm̄ corp⁹ eſt: qꝛ tūc barbeſcit. Et cau
ſa eſt. dixit Ar. vbi ſupra. ꝓleumate. 4. Si aīalib⁹ illis q̄/
bus ſm̄ nāȝ ſunt pili. ſi nō piloſant̄ tp̄e natiuitatis coꝝ pi
loſant̄ poſtea in ꝑmutatiōe etatis. Et ſilr̄ accidit his q̄ non
ſunt piloſa: qꝛ ſm̄ partē piloſant̄ in ꝑmutatione etatis. mō
ita eſt ꝙ magna ꝑmutatio fit ſm̄ etateȝ affrodiſie in corpe
ꝛ qꝛ tūc hō non hȝ pilos a p̄ncipio natiuitatis ſm̄ barbā:
iō tunc emittit eos ꝛ barbeſcit: qm̄ tūc euacuat̄ ꝛ ſiccatur
hūiduȝ opilans poros ꝛ ꝓhibēs exituȝ piloꝝ: q̄re ꝓhibē/
te a motu poris rarefactis mā pili tñ fit ꝛ ſic fiūt ſm̄ illā ꝑ/
tē. ℭ Et fit ēt tunc ꝑmutatio ſm̄ vocē: vñ vox q̄ p̄us acuta
fuerat efficitur grauis. dixit. n. Ar. 11ᵒ. ꝓbleumatū. 16. ꝓ/
bleumate. ꝙ nō gñantes. i. nō ſpermatizātes: vt ſunt pueri
acute loquuntur. viri aūt. i. ſp̄matizantes grauiter. Et red/
dēs cām dixit: ꝙ ſicut lineā. i. res ſubtilis hȝ vnā dimēſio/

nē tm̄.s.lōgitudinē:⁊ grossa hʒ duas.s.lōgitudinē ⁊ latitu
dinē. Et magna adhuc hʒ pl'es tres.s.lōgitudinē latitudi/
nē ⁊ ꝓfunditatē. Et facili⁹ est mouere vnū aliqd ꝑʒ vnā di/
mensionē q̄ꝫ ꝑm plures:⁊ facili⁹ est mouere vnuʒ q̄ꝫ plura:
ita ⁊ in voce. Et q2 vox subtilis vnā hʒ dimensionē:iō faci
li⁹ erunt pueri ꝓferentes. silr ēt ⁊ mulieres ⁊ senes eunu/
chi q̄ꝫ grossaʒ ⁊ magnā:sic.n.debilis spūs modicū aerem
mouet:⁊ ꝑm vnā dimensioneʒ tm̄.s.subtilē:vñ ⁊ vox q̄ ab
ipso exit:erit subtilis:⁊ subtilis vox:vt in sermone p̄cedē/
ti dictū est.est acuta. Sed pueri cum fiūt spmatizantes cuʒ
iam sint fortes ⁊ calidi multū aerē mouēt spū suo. Aer aūt
mult⁹ exñs tardi⁹ mouet:vñ ⁊ grauē vocē facit:tardus.n.
motus multi aeris grauis vocis cā existit:sicut acute cāu/
sa pauci aeris velox mot⁹. ¶ Fit insup ꝑmutatio ꝑm odo/
rem ex corpe ꝓcedentē.nā corpa tam viroꝝ q̄ꝫ mulieꝝ an/
teq̄ꝫ spmatizent non fetēt:sed postea fetent. Et cām huius
reddens Aris.4.ꝓblematū.ꝓbleumate.12.dixit.q2 in coi
tu corpa debilitant:⁊ calor minuit naturalis:quare idige
stiones cāntur ⁊ humores idigesti fiunt ex quibus hūori/
bus indigestis accidit fetor:qm̄ humores idigesti:sicut ꝑʒ
saporem mutant:ita ⁊ ꝑm odorem.


¶ De iuuamentis coitus. Cap.iiij.



Galenus dixit 6° de iterioꝛib⁹.hoies in
coitu diuersi sunt.qdā.n.a ꝓn
cipio sue etatis cū nubere icipiūt.s.⁊ coire d/
bilitant. Et hi sunt vt dicūt quoꝝ corpa sunt
pura ⁊ mūda:sicut sunt corpa tēperata.⁊ alij
sunt q nisi coeāt ipsoꝝ caput grauat:⁊ appeti
tus ⁊ digō debilitant. Cognoui.n.dixit ipse quosdā q cuʒ
abstinerēt se a coitu ꝓꝓ venerabilitatē ifrigidati sūt:⁊ ali/
qñ ceciderūt in tristitiā absq̄ꝫ causa:⁊ falsas cogitatiōes:⁊
multos appetit⁹:⁊ denuo ifirmati sūt. Et vidi quosdā ꝓꝓ
angustiā vxoris sue a coitu abstinuisse:q fuerunt ꝯsueti se/
pe coire:quoꝝ appetit⁹ defecit ⁊ paꝝ comedebāt:⁊ nō di/
gerebāt:⁊ silr cū comederant vomitū eijciebāt:que ꝯside/
rans certificaui abstinentiā coeūdi magisq̄ꝫ retētionē men
struoꝝ nocere:⁊ maxie in hūores hñtibus malos:⁊ in as/
suetis requie ⁊ taciturnitate. ¶ Dixit Aꝝ.4.ꝓbleumatū
ꝓbleumate.29.calidi ꝑm nām:⁊ bñ nutricabiles.i.hñtes
nutritiuā fortē:vt sunt carnosi si nō coeūt col'a in ipsis mul
tiplicat ⁊ dñatur multotiēs:imo semp:si nō fuerit vsi die/
ta ꝯtraria multiplicatiōi colere:⁊ ob illud amarū.i.coleri/
cuʒ eijciūt multotiēs ⁊ efficit in eis flegma salsuʒ:⁊ alr co
lorant q̄ꝫ ꝯsueuerūt esse colorati:q2 acqrunt colorem citri
nuʒ vergentē ad nigrū. Et adhuc qbusdā coꝝ desedatiōes
fiunt in cute reddētes cutē diuersoꝝ coloꝝ:vñ bicolorati
seu pezati vocant:⁊ aliq icterici fiunt:q̄ oia eis accidūt ꝓꝓ
dñium colere:q̄ in eis parata est semꝑ in coitu educi ꝑ cu/
ius eductionē illa accñtia non eueniūt:aut ⁊ si euenerint ꝑ
coitū cessant. ¶ Dixit Jude⁹.retētio spmatis penes coitū
mollificat testicl'os:⁊ facit gñare arenā:aut forte facit apo
stema in eis:aut forte facit ascēdere aliquē testiculoꝝ ad ꝑ/
tem supiorem. Et Aui.dixit.20ª tertij.retentio spermatis
est mala valde.⁊ qñq̄ꝫ ꝑducit ad ꝯtritionem vnius duoꝛuʒ
duoꝝ. Et Gal.dixit.⁊ 5° scribitur ꝯtinentis.q ꝯsueuit vti
coitu ⁊ postea abstinuerit se ab eo forte accidit ei passio q̄
vocat priapismus que est frequēs erectio veretri. Et dixit
5° de iterioꝛib⁹.venerabiles viri nō vtunt coitu ꝓꝓ delecta
tionē:sed vt supfluitates a se expellāt:qb⁹ nō expulsis icur
rerēt nocumēta abstinētie coit⁹. Et exēm posuit de diogene
dicēs.q diogenes ex abstinētia suiq̄ꝫ animi ꝯtinētia potē/
tissim⁹ fuit:⁊ tm̄ coitu.s.tēperato semꝑ assuefecit:lʒ sciret
nocum a spmate minime sibi generaturū:fert enim cū pue
ris p̄cepisse meretricē accersuros:vt cuʒ ea coiret. ¶ Dixit
Ras.x.ꝯtinentis.supabūdantia abstinētie.coit⁹ vehemen
tioris debilitatis est q̄ꝫ abūdātia ei⁹. Jōq̄ꝫ si opus erit ⁊ i/
quiete fuerit corp⁹ vtat eo ex grauedie abstinētie eius ꝓꝓ
p̄dicta. ¶ Dñt.coit⁹ tēperat⁹ omissiōe ṽtutes oēs hebetā
tur:sensus ꝯturbant:⁊ obtenebrescūt:spūs ingrossant:⁊
turbidāt mēbra ꝓncipalia i suis operib⁹ pigritant:⁊ coꝝ
inata calitas suffocat.appetit⁹ cibi deijcit.digō debilitat:
⁊ corpis minuit nutricatio.vñ ⁊ ipsi⁹ ꝓhibetur augmētū:
caput grauat:corpus ad motiōes pigrescit.opilatiōes cau
sant quas aliqñ febres sequunt.ad apata corp⁹ p̄parat.⁊
maxime genitalia:q2 digestū sperma retentū corrūpit nāʒ:
vt dixit Gal.7.de iterioꝛib⁹ acqrit venenosā ꝯtiam spūi ⁊
oibus ꝓncipalib⁹ mēbris. Jn corde.n.ei⁹ fum⁹ ascēdēs spi
ritū ꝯculcando extinguit:⁊ corp⁹ frigidū reddit. Ad cere/
brum ṽo salliēs spūs ꝑturbat ṽtutes aiales:⁊ sensus ꝑtur
bat:⁊ aliqñ epilepsiam vel spasmū inducit.aut melliaʒ:aut
maniā:⁊ in mulierib⁹ suffocationē anhelit⁹ ⁊ sincopiʒ pa/
rit:⁊ ad silia his accñtia plima ꝑducit. Et dicunt.maxime
assuetis coitu p̄dicta eueniūt:⁊ ēt his qui nō vtūtur exerci
tio:⁊ q nō minuunt nec alr euāt. Et mulierib⁹ qb⁹ men/
strua defecerūt:p̄cipue tm̄ in monialib⁹:⁊ viduis viragini
bus plene etatis. Et his que circa libidinosā meditatiōes
frequēter apponūt:coit⁹ itaq̄ꝫ tēperat⁹ corpibus qb⁹ cōue
niunt q̄ꝫ magna:⁊ q̄ꝫ plura circa corp⁹ ⁊ aiam iuuamēta p̄/
bet. ¶ Dixit Arist.2.de gñone aialium.cōmensurata exñ/
te spmatis emissione saluat aial tanq̄ꝫ purificata cā ifirmi/
tatis vel destructiōis. ¶ Dixit Oribasi⁹.coit⁹.s.moderat⁹
alleuiat corp⁹.repletionē euacuat.cōmouet corpus ad au/
gmētū p̄bet ꝯstantiā ⁊ robur.dissoluit amorē ⁊ mitigat i/
petuʒ.⁊ iō par est medicamini ꝑfecti iuuamēti melie:s.ma
xime ꝓuenientis ex amore ⁊ isipientie ⁊ alienatiōis mētis.
¶ Dixit Almā.coit⁹ aiam hilarē atq̄ꝫ letā facit eiusq̄ꝫ au/
get leuitatē:irant quoq̄ꝫ sedat ac sollicitudineʒ remouet ⁊
sensus alleuiat:⁊ caput repletū:⁊ corp⁹ alleuiat. ¶ Dixit
Ruffus.alleuiat corp⁹ faciēdo ipʒ sollicitū ⁊ mobile absq̄ꝫ
laxatiōe ⁊ hebetudie:⁊ confert melie epilie ⁊ pōderositati
corpis.dixit.A.qñ seqtur ipʒ expulsio cogitatiōis.i.tristi/
tie ⁊ sollicitudis dñantj.⁊ acqsitio audacie ⁊ edomatio.i.
remissio ire supflue:⁊ acqsitio grauitatis.s.morū ⁊ corp⁹
a grauitate alleuiat ⁊ sonum p̄stat. Dñt.coit⁹ tēperat⁹ red/
dit hoiem alacriorē:audaciorē.min⁹ irascibilē:imo placi/
biliorē min⁹ cogitantē magis itelligibilē:igeniosuʒ:sensi/
bus ꝑspicuū ⁊ morib⁹ grauioreʒ. Uirtutes corpis validas
reddit:calorē nālē a suffocatiōe eripit ⁊ clarificat. Uñ cun/
cte in corpe opōnes ꝑficiunt:ꝓncipalia membra alleuiat ⁊
ꝯfortat:appetitū facit:digōnem opatur.hūiditates bonas
ꝑ corpus dilatat:⁊ supflua purgat caput a grauitate ⁊ do/
lore:oculos a tenebrositate:⁊ oium sensuū instrā ab obtu
sione ⁊ ꝯturbatione liberat:dolores renum ⁊ mēbroꝝ ge/
nitaliū a repletiōe ꝓhibet:⁊ supfluā educēdo mām ab oi/
bus p̄seruat apatibus. ¶ Jnqt Jpo.6° epidimiaꝝ coitus
ꝯfert ad egritudies flātis.s.maxime eas q̄ eueniūt ex dimis
siōe coit⁹. Dixit Gal.ꝯfert eis q sunt in ṽtute potētes non Coit⁹ tēpe rat⁹ ēt qñ⸗ q̄ꝫ confert egritudinī b⁹ flāticis.
debilib⁹:qm̄ si vtātur debiles supabundātia coit⁹ patiun
tur morbos flāticos:⁊ ꝯuertunt ad vltimū finem debilita
tis ⁊ friditatis:⁊ nocet eis vehemēter:sed hñtes ṽtutē po/
tentem ⁊ calorē nālem abundātem:abūdātia luxurie non
debilitat:⁊ luxuria facit declinare flegma si abūdās in cor
porib⁹ eoꝝ fuerit ad ꝯsumptioneʒ eius tendit:qm̄ opatio
coit⁹ desiccat corpus:sicut facit vigilia qñ auget in disso/
lutiōe humorē.vñ quotiēscūq̄ꝫ corpus fuerit in ṽtute po/
tenti coit⁹ calefacit illud ꝑfecte. Et si fuerit in ṽtute debili
coit⁹ calefacit illud in opōne coitus debiti post illud ifrigi
dabit ipm vehemēter. ¶ Et Aris.ēt ꝯfirmat dictū Jpo.p̄/
ma ꝓbleumatū.⁊ q̄rta dicit cām esse q2 coitu mā sperma/
tica expurgat:⁊ mā similis flegmati. Et Aui.dixit.20ª ter
tij. Cōfert egritudinib⁹ flegmaticis oibus.⁊ modificās di
ctuʒ modificatiōe Gal.dicta ait ꝓprie in eo cui⁹ caliditas
innata est fortis quā nō destruit exit⁹ spmatis. Et subdit.
ꝓpter hoc reqrit appetit⁹ cibū.s.in eo cui⁹ nō destruit ca/

liditas inata ex coitu.q̄si dicat.in illo ꝯfert coit⁹ egritudini
bus flāticis suis cui⁹ stōus est fortis ⁊ reqrit cibū vel i quo
viget appetit⁹ cibi:⁊ ergo appetit⁹ vigorosus ad cibū est si
gnū ꝙ ille q patitur egritudies flāticas est apt⁹ ad recipiē
duz iuuamētū ex coitu:⁊ ꝙ nō destruet̄ eo ei⁹ calor inat⁹.
Patiētes aūt egritudies flāticas ⁊ hūtes appetitū vigoro
suz ñ sūt positi sub dñio mlti flātis:q2 si sic deijceret̄ appe
tit⁹ in eis ꝑꝑ stare flā in stō:sicut in laxiuia:ꝑꝑ qḋ pꝫ ꝙ hi
q non sunt positi sub dñio multi flātis sunt illi q iuuamen
tuz recipiūt ex coitu:⁊ matie qñ ipsoꝝ calitas inata sub il
lo flāte occultat̄ ⁊ hebetat̄.Sꝫ non suffocat̄ ⁊ extinguit̄:
qm̄ in eis in coitu euacuata mā hebetāte calor inat⁹ vigo
ratur:⁊ sic gubernat ⁊ regulat suū humidū:sicut ꝯtigit in
multis pueris flāticis nālr̄ vel per viā indigōnis:in qbus
vsqꝫ ad affrodisiā calor nālis stat hebes ⁊ occultat⁹:quare
nō facit in eis augmētū ꝓportionabilr̄ alijs:sed postq̄ꝫ coi
re incipiunt augētur velociter.¶Sunt aūt ⁊ alie ꝯdōnes
ꝯsiderāde ad hoc:vt coit⁹ ꝯferat egritudinib⁹ flāticis:⁊ nō
noceat:de qbus est ꝙ mā illaꝝ egritudinuz nō sit putrefa
cta nec parata putrefieri ex motu i hora coit⁹:⁊ ꝑꝑ hoc nō
cōfert coitus in febrib⁹ putridis q̄zuis sint flātice:⁊ silr̄.in
apatib⁹ flāticis putrefactis:qm̄ in his coit⁹ auget putrefa
ctionē ꝯmiscēdo nō putridū cuꝫ putrido.¶Et ꝓꝑea ēt nō
ꝯfert leprosis nec scabiosis.Unde 7ª q̄rti.dixit Auicē.le
prosus ⁊ scabiosus caueat a coitu oīno:q2 coit⁹ mām ad
exteriora coartat ⁊ vaporē putridū in eis venientē ad sup
ficieꝫ corꝑis deducit.¶De ꝯferentia aūt coit⁹ in egritudi
nib⁹ melicis dixit Almā.ꝙ qñqꝫ adeo sollicitudinē remo
uet donec melācolici ei⁹ occasiōe sanent̄.¶Et si qs amore
mulierū in tm̄ coartet̄:vt quasi ad mortē deueniat ⁊ mul
totiens vtat̄ coitu:lꝫ eā quā diligit nō potiatur sedatur tñ
ei⁹ furiosus amor.¶Et Auic.dixit.ꝯfert melie ⁊ plurib⁹
egritudinib⁹ colere nigre ꝓpterea ꝙ dilatat.s.aiam ⁊ spūꝫ
⁊ expellit fumū spmatis aggregatū a parte cerebri vel cor
dis.s.ad circūferentiā faciens ipꝫ exhalare extra corp⁹ vel
expellit fumū ⁊c.q2 euacuat māꝫ a qua surgebat:qua eua
cuata seqtur fumi eleuati iaꝫ resolutio ⁊ exalatio.¶Et di
xit Auic.coit⁹ ꝯfert dolori renū repletoꝝ.s.sine apate:qm̄
diminuit repletionē eoꝝ:⁊ qñqꝫ abscindit mās apatuꝫ ⁊
accn̄tium in ꝑtibus inguinū ⁊ testiculoꝝ:⁊ hoc facit tunc
qñ nō est in corpore toto vel epate repletio:qm̄ stāte in his
repletiōe coit⁹ plus de mā ad illa loca traheret q̄ꝫ diminue
ret vel euacuaret ex eis.Et aliq exponunt apatum accidē
tiū.i.debentiū accidere:q2 nō curat facta:sꝫ ꝓseruat a futu
ris.Cum g̃ appāruerint signa apatis futuri in mēbris di
ctis vtatur coitu:qm̄ ꝓseruabit ne eueniat abscindēdo ma
teriā eius.¶Et dixit Auic.hoiem cui adueniūt apud di
missionē coit⁹ ⁊ ꝯstrictionē ei⁹ tenebrositas:visus ⁊ verti
go:⁊ grauitas capitis:⁊ dolores emūctorioꝝ ⁊ anchaꝝ:⁊
apostemata eaꝝ coit⁹ q tēperat⁹ est sanat.Et dixit.ꝑlimo
rum quoꝝ complō reqrit coitū ⁊ nō vtunt̄ eo infirmat̄ cor
pus ⁊ relique dispōnes.s.se quentes que sequunt̄ ad frigi
ditatē ⁊ cadit appetit⁹ cibi:ita vt ipm̄ nō recipiat:⁊ si re
cipit expellit cū vomitu.hoiem aūt in quo est vapor fumo
sus coit⁹ alleuiat ab ipso.s.vapore fumoso:⁊ ꝑ ꝯñs ab ac
cidētib⁹ supradictis sequētib⁹ ad illū:confert.n.ei ⁊ remo
uet ab ipso illud qḋ timet̄ de nocumēto coartatiōis vapo
ris fumosi.i.coartatiōis facte a vapore fumoso vel coarta
tionis.i.retētionis.Et dixit.qñqꝫ accidit viro ex dimissio
ne coit⁹:⁊ abūdātia spmatis:⁊ frigore ei⁹ ⁊ ꝯuersione ip
sius ad venenositatē:vt mittat sperma ad cor ⁊ cerebrū va
porē malū venenosuꝫ:sicut accidit mlieri ex coartatiōe ma
tricis ⁊ minores dispōnes illi⁹ nocumēti ⁊ anteq̄ꝫ spgat̄ ve
nenositas.i.fum⁹ venenosus ad cor ⁊ cerebruꝫ sunt graui
tas corꝑis:⁊ friditas ei⁹ ⁊ difficultas motuū:⁊ ad hoc ma
gis parata corpa.dixit Raſ.xi° ꝯtinentis.sunt corpa calīa
⁊ humida.ipsa.n.magis apta sūt ad putrefactionē:vn̄ qñ
abstinētia a coitu vtunt̄ putrefit sanguis.Signum autem
spermatis putrefacti habet̄ per alterationē coloris corpo
ris ⁊ odorem horribilem ⁊c.

¶De nocumentis coitus. Cap.v.



Dixit Arist.4ª ꝓbleumatū.ꝓbleumate 6°
ꝙ homo iter cetera aialia exoluit̄ in
coitu:eo ꝙ multuꝫ spmatis emittit ꝭm ꝓpor
tionē sui corꝑis:⁊ cuꝫ hoc illud qḋ emittit est
multū nāle ⁊ spūosum:⁊ ad cui⁹ emissionē intē
peratam seqtur dissolutio corꝑis ⁊ debilitas.
¶Et dixit ꝑmo de gñone modicissimo spmate abscindēte
fit dissolutio māifesta tanq̄ꝫ alimeno priuato corꝑe.¶Et
Gal.dixit.in lib.de spmate abscindente magna fit dissolō.
nā vt ponit̄ a Rabi.in qnta ꝑticula.sic nō est mirū ꝙ hi q
frequētaut coitū debilitant̄:q2 totū corp⁹ euacuat̄ in cūo
ne ipsa.cū euacuent̄ in ea semꝑ spūs ⁊ hūores ⁊ ei additur
delectatio q̄ sola ꝑncipalr̄ extinguit spūalem ṽtutē ⁊ debi
litat eā.Nam fuerūt qdaꝫ qbus supuenit fortis delectatio
⁊ mortui sunt.Et hoc idē posuit Raſ.xi° ꝯtinentis.¶Et
dixit Aꝛ.vbi supra.in.21.ꝓbleumate.coeūtes exoluunt̄ ⁊
ifirmiores fiunt:vt frequenter:q2 ex coitu accidit corꝑi qḋ
accidit edificio:qñ de eo subtrahit̄ aliqua portio faciēs ad
ꝯstitutioneꝫ vel armoniā dom⁹:qm̄ edificiū destruit̄:⁊ sic
corpus ex coitu.Jdeoqꝫ Aꝛ.ad Alexā.dixit.coitū destru
ctiuū ṽtutuꝫ.Et iudeus dixit.coit⁹ deponit virtutē valde.
vn̄ qui eo vtit̄:modicū doꝫ extrahere sanguinē.Et subdit.
frequētatio coit⁹ conterit corpus ⁊ debilitat visuꝫ.¶Di
xit Aui.20.tertij.coit⁹ euacuat de substātia cibi postremi.
q̄re debilitatē affert:cui⁹ siēm alie non afferunt euōnes ⁊
euacuat de substātia spūs rē plurimā ꝑꝑ delectationē:spūs
eni est cā delectatiōis:vt dixit Aꝛ.⁊ cū hoc ēt seqtur dele
ctationē.Un̄ multū de eo resoluit̄:cui⁹ euacuatiōe corpus
debilitat̄.Et iō dixit Aui.q delectant̄:plus cadūt in debi
litatē.¶Et dixit Aui.tertio de aialibus:ꝙ exitu spmatis
debilitat̄ corpus magis si q̄dragesies tantus exiret de suo
corꝑe sanguis q2 spma est res abilitata ad trāseundū i cor
pus.¶Cā aūt quare plurimū hō emittit spma dixit Aꝛ.
vbi supra.est ꝑmo.q2 minime.i.paruꝫ laborat circa cibuꝫ
suū.facile.n.digerit ipm̄:q2 vtitur cibis digestibilib⁹ natu
ra ⁊ arte ꝓparatis:⁊ q2 modicū laborat ⁊ bene digerit nu
trimētū.Unde in eo multa hūiditas flegmatica.i.flegma
ti similis multiplicatur.2° q2 inter oīa aialia homo est aial
calidꝫ ⁊ humidū:vnde multiplicat̄ in eo de mā calida q̄
lis est spma:nō ergo dixit Aꝛ.ibidē ꝓbleumate 8°.cū non
expedit opꝫ coire:accidit.n.sic facienteꝫ aliqd eoꝝ q̄ euul
sis ꝯtingunt plātis ex terra cū non opꝫ euelli eas.¶Coi
tus imoderat⁹ gñaliter corpus vtens eo reddit frigidum ⁊
siccū ⁊ accidit ei lassitudo arefactiua:⁊ sudor dialoreticus
ex raritate poroꝝ:q̄zuis aliqñ per accidēs hūiditates indi
geste multiplicentur in eo ꝑꝑ ꝑdicta.¶Dixit Aꝛ.in lib.
de iuuētute ⁊ senectute.coit⁹ cito facit senescere ꝑꝑ exicca
tionē humidi:⁊ calidi resolutionē.Un̄ aliqñ ait coitus ad
seniū cito adducit:⁊ sic vitā abbreuiat.nā in coitu exeunt
humiditates nāles:⁊ calor ei⁹ nālis exoluitur:vnde ifrigi
dantur mēbra radicalia ⁊ exiccātur.¶Dixit Aui.21.tertij
coit⁹.s.suꝑabundās faciliter facit ꝑuenire illū qui multuꝫ
eo vtitur ad ifrigidationē sui corꝑis cā sui:⁊ ad resolutio
nem calitatis innate ⁊ mortificationē ṽtutis.Et dixit po
nendo verba Gal.in ꝑcedenti caplō posita ex 6° epidimia
ruꝫ.Coitus imoderat⁹ ꝓparat in ꝑmis ad caliditatē fumo
saꝫ adeo donec multiplicētur suꝑ ipm̄ pili:deīde succedit
ei ifrigidatio cōpleta.¶De nocumētis aūt succedētib⁹ su
perfluo coitui.dixit Jpo.ꝑmo regiminis acutoꝝ:vt.rj.po
nitur ꝯtinētis.accidit eis q superfluo vtūtur coitu ethica:⁊
inueniēt a capite vsqꝫ ad spūale quasi subintret formica:⁊
calefit frequēter:⁊ debilitabitur:⁊ tinnit⁹ erit in auribus
suis:deinde in ea accidit febris acuta ⁊ ꝑibit.¶Et Arist.
dixit.

Exitu spmatis magis debilitat corpus q̄ si q̄dragesies tant⁹ exiret sāguis.

dixit. de pomo: vt scribit xiº ꝯtinentis. coitꝰ nocet oculos ꝯsumēdo ⁊ liquefaciēdo eos ⁊ diminuit cerebrū ⁊ cognoscitur nocum̄ illiꝰ illatū cerebro: qm̄ infert ebetudo motꝰ ⁊ caluicies. Et si qs vtitur coitu ad modū luxurie sup̱fluētis erit ad modū illiꝰ qui emittit sup̱fluitatē vltra modum oportunū. Et dixit. desiccat ventrē ⁊ multiplicat vrinaʒ. ⁊ deponit capillos capitis barbe ⁊ sup̱ciliorꝝ ⁊ palpebraruʒ ⁊ celerem facit caluiciē. ¶ Dixit Gal. supra. 3º epidimiarꝝ. ⁊ ponitur. xi. continētis sic. coitꝰ nocet neruis magnifice ⁊ deponit vtutē eorꝝ: ⁊ ēt destruit. Et dixit supra 4º eiusdeʒ: accidit senibꝰ ex coitu ꝙ īflant ventres eorꝝ: ⁊ in eo cuiꝰ caliditas erit debilis: ꝙ ꝓprie eiꝰ hypocūdria īflant. ¶ Et dixit Gal. tertio alimētorꝝ. qñ de hoīe sperma exit multum discolorat suuʒ corpꝰ. Et dixit. vt scribit. xi. ꝯtinentis. coitus moderatꝰ restringit nām. Sʒ si fuerit intēsus debilitatur vtus ⁊ cōterit ⁊ penes hoc soluitur vēter ex corruptione digōnis. Liber absq̄ auctore sup̱abūdātiā luxurie subtilitatē ossiū dolorē renuʒ ⁊ dorsi. ꝯgelationē mãe ⁊ spasmū. sup. facit coitꝰ. ¶ Dixit Arꝝ. 4. pbleumatū. 12. pbleumate. coitꝰ ventrē īfrigidat ⁊ desiccat ꝓpter resolutionem caliditatis ⁊ exiccationē hūiditatis: q̄ʒuis enim totū corpus vt supradictū est: īfrigidet ⁊ desiccet: maxime tñ qr vētres in coitu mltū liquat ex adipe omēti: que est ꝯseruatiua caliditatis vētris ⁊ hūectatiua īfrigidat etiā ⁊ exiccat venter qr ex coitu digōnes maxīe ledunt: qbus lesis īfrigidatio ⁊ exiccatio toti adueniūt corpi: ⁊ sic ventri. ¶ Dixit Almā. obseruādū est ne qs coitu vtatur sepe: cito. n. ex eo icurret debilitatē ⁊ appetitiue ōstructionē ꝯsequet: oculorūq̄ cōcauitatē hēbit. Et dixit. ꝯualescētes debiles: macri: nec nō ⁊ quorꝝ nerui sunt debiles: coitū oīno vitare debēt. Coitꝰ eniʒ multꝰ ⁊ frequēs neruis magnum infert nocum̄ ⁊ oculos fortiter ledit: vires corporꝝ destruit: corpusq̄ corrūpit: ⁊ debilitat. Ait Ras. xi. ꝯtinētis. abūdātia coitꝰ ꝯstipat vētrem īfert colicā: īfrigidat iteriora vehemēter. Et ait. dixit afastana: coitꝰ īfrigidat corpꝰ calidū ⁊ in frido auget friditatē: neq̄ ꝯfortat digestiua: in eo q frequēter vtit coitu: ⁊ p̄erit ei citrinitas: ⁊ nō dʒ in eo visus esse acutꝰ: neq̄ auditus: neq̄ aliȷ̄ sensus ⁊ dñabitur ei insomnietas ⁊ tremor: ⁊ eius iūcture pulsatiue erūt: ⁊ in qbusdā abundās erit sputū sāguinis: ⁊ erit abūdās dolor renuʒ ⁊ vesice: ⁊ inde erit fetor in ore ⁊ dolor dentiū ⁊ inflatio vulue. Et dixit Ras. q abundāter eo vtit ⁊ fuerit senex: aut sicce cōplōnis peribit. ¶ Dixit Aui. coitui sup̱fluo succedūt debilitas sēsuū visus ⁊ auditꝰ ⁊ accidit cruribus eius tepor ⁊ dolor. s. aggrauatiuꝰ: q̄re nō forsitan sustinet onꝰ sui corp̱is. Et q̄ñq̄ similat dispō eius dispōni occulte epilepsie ꝓp illud qȯ nō se sustentat. neq̄ pōt moueri: ⁊ q̄ñq̄ sup̱at in ip̄so nigredo s. in cute pp mortificationeʒ caloris vel fortasse pp multos fumos veniētes ad cutē reddētes eam opacā: deīde citrinitas: q̄ʒuis citrinitas nō semp̱ seq̄tur post nigredinē sequentem adustionē vel mortificationē caloris: sed bñ seq̄tur nigredinē causatā ex fumositate. ea. n. resoluta ⁊ ꝯsumpta color remanet citrinꝰ. resolutȷ̄ nāq̄ ex coitu spiritibꝰ ⁊ ꝯsumpto sāguine: q erant p̄us cā viuidi caloris. Et dixit. Accidunt ei piodi a debilitate. i. dispōnes silēs eis que in paroxismis febriū: qr pp debilitatem a quacūq̄ cā occurrentē horrent: ⁊ videtur ei ꝙ sit icessus formicarꝝ in mēbris suis incipiens a capite vsq̄ ad finē dorsi: ⁊ hoc fortasse est de accidētibꝰ illiꝰ dispōnis poxilmalis: vñ ⁊ accidit ei tremitꝰ: q̄ʒuis alia lr̄a hʒ tinitus q̄ est ēt vera. Et accidūt eis multe febres acute: ⁊ eueniūt ei tremor: ⁊ debilitas neruorꝝ: ⁊ vigilie ⁊ eminētia oculorꝝ ad exteriora: sicut accidit in sep̱atiōe aie a corp̱e: vel sicut accidit in suffocatiōe vel strāgulatiōe: ⁊ accidit eis caluitiū: ⁊ qdā supplēt ⁊ canicies: ⁊ dolor dorsi: ⁊ renū: ⁊ vesice: q̄ dorsum ignescit p̄us: qr īflāmātur ex coitu: ⁊ seq̄tur ad illā inflāmationē dolor renuʒ: q̄re attrahit mām dolor ad ip̄m. s. locū doloris. s. ad renes: que mā pōt eē cā diabetis ⁊ gomorree. Et dixit. restringit corꝝ nā. i. vēter: ⁊ q̄ñq̄ facit icurrere colicā: ⁊ q̄ñq̄ facit accidere fetorē. s. corp̱is ipsiꝰ ⁊ fetet ēt eorꝝ os ⁊ caro gingiuarū. Et dixit. in illis in quorꝝ corporibꝰ sunt hūores mali colerici mouetur post coituʒ horripilatio. s. hōe tepor vel certa īfrigidatio horror: siue rigor: ⁊ tremor. Et sequūtur ea alique febres acute ⁊ in cuius corp̱e sunt putridi p̄cedit post coitū sudor fetidus ex eo. Et ei qui est debilis digōnis accidunt post coitū rugitꝰ in vētre eiꝰ. ¶ Dixit Gal. 6. de regie sanitatis. ⁊ ponit 2º ꝯtinentis sic. de corpibꝰ male cōplōnis sunt in qbus gñatur sp̱ma abūdāter calm̄ excitans: vt eȷ̄ciatur ⁊ ipso eiecto debilitant eorꝝ corpora ⁊ extenuant ⁊ concaui fiūt oculi ⁊ color fit citrinꝰ. Et si in eis abstinentia fiat coitꝰ aggrauant capita ⁊ stomaci eorꝝ ⁊ accidit eis nausea cū vomitu: ⁊ multiplicat fluxꝰ ventris ipsorꝝ ⁊ patiunt inde penes hoc debilitatē. ¶ Et Aui. dixit. de hoībus est q ē passus cōplexiōē malā ⁊ dimissio coitꝰ cōtristat p̄lm ip̄m: ⁊ grauat corpꝰ ipsiꝰ: ⁊ caput eius: ⁊ rixat ⁊ multiplicat pollutio ipsiꝰ: qr in eo gñat semē pruritiuū: ⁊ maxime in vtētibus cibo multi nutrimenti ⁊ fortasse accidit relaxatio in viȷ̄s: ⁊ si est ei. s. coitui obediēs debilitat stōus ⁊ desiccatur: ⁊ maxīe cuʒ sit complōnis fride ⁊ sicce. ¶ Dixit Ipo. 6. epidimiarꝝ. ⁊ ponitur a Ras. 2. cōtinētis sic. In corporibꝰ in qbus accidit rigor ⁊ horripilatio penes coituʒ erunt hūores mali colerici: vnde ex eis accidit in motu coitꝰ silē ei qȯ accidit ei ex balneo: ⁊ in maiori p̱te iuuenibus: ⁊ qui olfatur in tp̱e coitꝰ odorē fetentē in eo erūt humores putridi: ⁊ in qbusdā accidūt vētositates in visceribus eorꝝ: qr eorꝝ caliditas nālis debilitata est. ¶ Coitꝰ superfluꝰ nō oībus nec oībus horis equalr̄ est nociuꝰ: vt ex p̄dictis in p̄cedentibꝰ pʒ. Sʒ qbusdā plus ⁊ qbusdā minꝰ ⁊ qbusdā mediocriter. ¶ Dixit Almā. a coitu corp̱a habētes sicca vt ab inimico iterficiēte sibi cauere debent. Et de his itellexit Oribasiꝰ cū dixit: ꝙ macilēti se debēt abstinere a coitu. ¶ Sʒ dixit Alm. nocumēta coitꝰ corp̱a hn̄tibꝰ fortia ⁊ grossa ⁊ sanguinē multū et venas amplas: ⁊ colorem rubeū vel viuidū: ⁊ pilos multos nō accidūt. s. intensa ⁊ maxīe in fine augmastice etatis: vt a. 24. anno vsq̄ ad p̱ncipiū iuuētutis. Corp̱a aūt hn̄tibꝰ ꝯ̄ria p̄dictis dixit Alm̄. magnū infert malū ac manifestū. ¶ Dixit Ras. xi. ꝯtinentis. dico expedit ꝙ caueatur abūdantia luxurie in eo cuiꝰ stōus fuerit debilis ⁊ mirach tenue ⁊ digō debilis. ¶ Dixit. A. de hoībus dignior alienatiōe coitꝰ est ille cui aduenit post ip̄m tremor: aut frigꝰ aut strictio anhelitꝰ occulta ⁊ pulsus cordis et ꝓfunditas oculorꝝ et ōstructio appetitꝰ cibi: et cuiꝰ pectꝰ ē īfirmū aut ōbile: aut ē ōbile aut ē ōbilis stōaci: dimissio. n. coitꝰ est ꝯueniētior ei q hʒ stōm debilem ⁊ iuuenes sustinent multū erroris in hoc itelligēs de his q sunt in fine adolescētie: lʒ aliq eorꝝ non euadāt ab egritudinibꝰ. Senibꝰ vō coitꝰ est mortiferus: qm̄ egent eo qȯ eorꝝ ꝯseruet calorē ⁊ mēbra radicalia hūectet ⁊ in sūma hoīes i lꝫ diuersi sūt p̄ ꝯuersitate nārꝝ. Sūt. n. qdā qbꝰ accit pigritia ⁊ passio aie: ⁊ debilitas appetitꝰ ⁊ digōnis ēt pacto coitu allieuiat ⁊ excitat aia ⁊ dilatat ⁊ excitat ad cibū ⁊ sunt aliȷ̄ i ꝯ̄ria dispōne: ⁊ ꝯsuetudo hʒ magnū itroitū i vsu coitꝰ ⁊ coitꝰ ꝯualescētibꝰ est mortiferꝰ. Et dixit Gal. vidi ⁊ aliꝰ p̄ter me vidit ꝙ fuit qdā mūdificatꝰ a febre acuta ⁊ coiuit: ⁊ eodē die dissoluta est vtus eiꝰ nimis: ita ꝙ in fine eiusdē diei sincopizauit ⁊ periȷ̄t nocte illa. ¶ Et dixit Aui. euitet coitū illa ex mulieribꝰ q̄ patiunt aborsuʒ. s. duʒ sūt p̄gnātes. ¶ Dixit Arꝝ. 6. de aialibus. feminis oībꝰ aīalium nociuū est si mares cū eis coeāt ipsis p̄gnātibꝰ tp̱e partꝰ. i. tēpore ꝓpinquo partui: qr tūc nimis ꝓuocatur matrix: ⁊ forte eȷ̄citur fetꝰ ante tp̄s. Et q̄ʒuis coitꝰ oībus noceat membris: magis tñ eiꝰ nocum̄. dixit Auic. est in cerebro. ⁊ Arꝝ. scripsit hoc. ⁊ pp hoc opʒ ip̄m relinq̄re q hʒ cerebrū debile ex q̄cunq̄ cā. nam qñ bene īspexeris eos q assiduāt coi-

tu3 iuenies hos iã superari ab obliuione ꝛ itellꝰs pmixtiõe cũ malo colore vultꝰ corꝑ: ꝛ maxie corporꝫ corꝑextenuatione ꝛ aballatiõe. ¶ Dixit Arꝫ.4ª pbleumatu3. pbleumate 2° ꝙ renes magis alijs mẽbris in coitu sentiũt dolorem ꝛ passionẽ pp vicinitatẽ quã hñt ad transitũ spmatis: ꝛ itellexit magis.i.citiꝰ: mãifestatiõe.n. sufficiẽs est coitꝰ subtiliare.i.extenuare renes: vñ icurrũt passionẽ: quã medici extenuationẽ renũ faciũt siue vocãt: ꝛ hoc qꝛ coitꝰ a renibꝰ aufert nutrimᵗᵐ secũ deferẽs ipm: ꝛ nõ apponẽs eis qcq3: q3uis sit approximãs siue ꝓpinquũ eis. Et ẽt est cã alia: qꝛ renes positi sunt supra dorsu3 in loco vbi iũcture sue sũt lapse: ꝛ icuruatio totiꝰ corpis: ꝛ falcimᵗ: ꝛ calcñũt maxie ꝛ laborant maxie pp multũ motũ erectiõis ꝛ curuatiõis: vt experiunt coeũtes. ¶ Dixit Ras.xi° ꝯtinẽtis. Supabũdãtia abstinẽtie coitꝰ vehemẽtioris debilitatꝫ q3 coitꝰ supfluus: omissio tñ coitꝰ debiti dñt qdã minꝰ ledit.s. qꝛ tardiꝰ ꝛ rariꝰ q3 ipsiꝰ supfluitas ꝛ ipsiꝰ nocumẽta magis corrigibilia sũt coitus supflui: sicut ꝛ morbi inanitiõis deteriores sunt ꝛ difficiliores morbis repletiõis ad curandũ. facilius.n. est dixit Gal.7° tera. hũectatũ exiccatũ ꝛ repletũ inanire q3 hũectare exiccatũ ꝛ inanitũ replere. ꝛ tñ spma retentũ si fuerit corruptũ ob venenosam q̃litatẽ quã assumit itensiora ꝛ deteriora iducit accñtia. ¶ Et dñt. retẽtio spmatis ꝑter cõsuetudinẽ plus nocet mulieribꝰ q3 viris: ꝛ peiora inducit eis synthomata si corrũpat sperma: vt de suffocatione mr̃icis p3: ꝛ hoc qꝛ in viris virtꝰ est fortis potẽs mãm ꝯsumere retentã: cu3 ẽt fortiori vtant exercitio. Mulieres aũt sũt debilioris ṽtutꝫ ꝛ adhuc stãtes in ocio ꝛ qete: ꝛ sũt i eis multe alie supfluitates q̃re cũ supfluitas spmatꝫ in eis addit in deteriore, venenositatẽ corrũpit q3 viris. ¶ Sunt q̃dã mulieres q̃ cũ coeunt imẽsu3 soluũt sudorẽ horribilitatẽ viris cu3 eis coeuntibꝰ ꝑstantes: he itaq3 lauãde sunt vino decoctiõis myrtillorꝫ rosarũ ꝛ similiũ. ¶ Ex supradictis q̃ superflue coeuntibꝰ accidũt clare pñt haberi signa eiꝰ qui superflue vsus fuit coitu. ¶ Signa aũt eiꝰ q nuper coiuit dixit Aui. sunt qꝛ vrina eius est hñs ramos ꝛ filos pmixtos adinuice3 qui fili seu rami sunt ex reliquijs mãe spmatice: que remãsit in via ṽge: ꝛ qꝛ frequẽter talis materie reliqa nõ remanet: iõ frequẽter vrina post coitum absq3 i llis filis seu ramis emittit. Urina iterũ post coitũ reddit grossior: coitꝰ.n. ipinguat vrinã. ¶ Dixit Arist.4° pbleumatũ. pbleumate.25. hoies: ꝛ maxime rõnales appetẽtes coitũ verecundant confiteri illud: ꝛ cã est appetitꝰ affrodisiorꝫ non est ex necessitate pp ꝯseruationẽ indiuidui: sicut sunt qda3 alij actꝰ nãles: vt comestio ꝛ potatio: ꝛ siles a qbꝰ hoies: ẽt rõnales non verecundant. Possibile enim est hominẽ sine affrodisijs viuere: sed absq3 illis minime. Uerecũdant autem maxime ex affrodisijs rõnales: quia coitus ꝛ concupiscentia ꝛ feruor inordinatus ꝫm plurimum lumen rõnalis anime obtenebrat. modo verecũdia in ratione existit: verecũdantur ergo se facere aut velle facere confiteri illud qđ rationem qua vtuntur obfuscat.

¶ De diminutiõe coitꝰ ꝛ eius ablatione. Cap.vj.

Operatio coitus ledit tribꝰ modis: qꝛ aut in totũ aufert: aut debilitat ꝛ minuit: aut vehemẽter auget. nõ autẽ hec opatio ꝓprie dĩ corrumpi: ꝓprie tñ valde corruptionẽ eius vocare voluit Hal. inãle3 ꝛ inuoluntariã virge erectionẽ: aut inolũtariu3 seis fluxũ: aut icongruũ modũ vtendi coitu: ꝛ silr ipotẽtiã sup coitum ablatiue vel diminutiue. Hal. vocauit recessu3 appetitꝰ coitus. ¶ Uiati. ṽo coitus defectionẽ passionem approximerõ vocauit Aui. ꝛ Ras. in diuisionẽ dixerũt diminutionẽ coitꝰ: ꝛ sic cõiter intitulat ab oibus alijs. ꝛ iste dispõnes oẽs sic sũpte sunt ꝓprie accidẽtia: qꝛ opõnes lese inducte ab auctoribꝰ sunt ad significãdũ egritudies ad q̃s sequunt. ¶ Dixit Gerar. sup Uiat. diminutio coitꝰ est mẽbrorꝫ gñatiuorꝫ viri inopatio vel diminuta opõ: qñ nec ṽga erigit nec sperma eijcitur ꝑut d3 ꝫm nã3: attendit eni3 hec passio ꝓprie in naribꝰ. ¶ Tria.n. nec̃ia sunt ad opõnẽ coitꝰ.s. ṽtus que d3 esse sana ꝛ fortis ꝛ ex cõuenienti etate roborata: instra que debẽt esse ꝯgrua magnitudie ꝛ distincta ꝛ nõ ꝯfusa: vt i hermofrodita: ꝛ mã spmatica ipso actu emittẽda: ergo cã dictarꝫ lesionũ nec̃io erit: aut i dictis oibus nec̃io reqsitis ad coitũ: aut in aliquo vel aliqbꝰ eorꝫ: q̃ erit aut in ṽtute. aut in istrumẽtis: aut in mã emittenda.

¶ In declarãdo dictas cãs incipiẽs Aui. ab ea que est ex parte ṽtutis dixit: ꝛ ex eis que debilitãt coitũ ꝛ ṽtutem eiꝰ.s. desideratiuã sũt res meditatiue: sicut horribilitas coeundi ꝛ verecũdia eiꝰ: aut antecessio itellꝰs eius.s. verecũdie: cu3 eni añcedit verecũdia: aut horribilitas in corde suo debilitat a coitu: ꝛ deficit ab eo: ꝛ ꝓprie cũ illud.s. vt verecũdet aliqñ casu accidit: tũc.n. quotiẽs euenit reiteratio: vt coeat assimilat illud de mẽte.s. redit ad mentẽ illa silitudo.s. species reseruata: sup. quare nõ coit. ¶ Dixit Ras. in diuisionibꝰ. qñq3 fit pp cã3 aialẽ: sicut extimationẽ ꝛ timorẽ ꝛ sollicitudinẽ in alijs occupationibꝰ ꝛ ꝓhibet illud erigi ṽgã vel desideriũ ad coeũdũ. Et de causis ex pte ṽtutis est obliuio coitꝰ: ꝛ fit cu3 obliuiõe eiꝰ: aliqñ dixit Aui. dimissio coitꝰ. est.n. cã ꝙ aĩa obliuiscat eiꝰ. ¶ Dixit Ras. vbi supra. fit aliqñ pp lõgitudinẽ abstinẽtie a coitu. mẽbrũ eni.s. genitale ꝯtrahit tunc ꝛ detumescit. ¶ Et Aui. dixit. ꝯstrictio mẽbrorꝫ genitaliũ: ꝛ maxime testiculorꝫ ꝛ vasorꝫ spermatis.s. puificatio ꝛ diminutio eorꝫ ab eo.s. recessa a coitu nã dixit Gal. sicut vsus opõnis est cã augmẽti instrorꝫ: ita eius dimissio est cã puificatiõis ipsorꝫ. Et ex hoc dixit. A. accidit puitas ꝑparatiõis mãe spmatis.i. accidit ꝙ nã non ꝑparat mãm spmatis: ꝛ nõ solicitet de ea: sicut nõ est sollicita in gñando lac in mamilla remouẽtis filiũ a lacte. Et õ cã ex pte ṽtutꝫ ẽ ipsiꝰ debilitas pp paucitatẽ spũs ꝛ caloris resoluti ex euonibꝰ fortibꝰ aut longa abstinẽtia a cibo vel magnis exercitijs ꝛ vigilijs multiplicatis ꝛ febribꝰ arsiuis ꝛ lõgi tpis. ¶ De causis aũt ex pte instrorꝫ. dixit Auic. ꝙ cã aut est in ṽga.s. ꝛ alijs genitalibꝰ: aut ẽ in mẽbris ꝑncipalibꝰ: ꝛ q̃ sequuntur ea.s. deseruiẽdo eis.s. ꝑparatorie vel delatorie: aut est in mẽbro medio iter ꝑncipalia ꝛ genitalia: vt renibꝰ aut cã mẽbrorꝫ vicinorꝫ ꝓpria eis: aut pp paucitatẽ iflatiõis.i. mãe iflãtis ꝛ tẽdentꝫ ṽga3 in iferioribꝰ corporis.s. in locis mẽbrorꝫ genitaliũ vel iferioribꝰ corpis.i. i mẽbris vẽtris iferioris: vt mirach ꝛ itestinis: aut pp paucitatẽ ipsiꝰ mãe iflantꝫ in toto corpe: q̃re nõ põt sufficiẽs copia mãdari ad genitalia: vt ṽgã tẽdat ꝛ declat Aui. predictas cãs istrorꝫ dicẽs scđ ea3 ṽge est pp cãm malitie cõplõnis in ipa: ꝛ ꝑ aut mollificationẽ supfluã. ¶ Dixit Arꝫ.4. pbleumatũ. pbleumate.23. ṽga lõga nõ bñ erigit qñ ṽge sunt valde magne ꝛ lõge minꝰ erigunt. sup. ꝛ recte minꝰ in erectiõe ꝯsistũt: qꝛ grauitas lõge est a suspensorio. ¶ De cã ṽo testiculorꝫ ꝛ vasorꝫ spmatis. dixit. A. ꝙ est aut pp malitiã ꝯplõnis supflue singularis. sup. aut cõposite: aut cũ siccitate.s. simplici: aut cõposita cũ calitate ꝛ friditate: ꝛ mala cõplõ siccat qñ dominãs est deterior alijs.s. cã simpliciu3 ꝛ ꝯpositarꝫ: ꝫm pꝫm tñ diminutio coitꝰ accidit pp frigus.

¶ Et de cã in mẽbris ꝑncipalibꝰ dixit: ꝙ aut est ex pte cordis: q̃re abscindit mã spũs ꝛ vẽtositatꝫ.s. spũs vẽtosi icedẽtis.s. a corde per arterias ad ṽgam: aut ex parte epatis: q̃re abscindit materia spmatis: aut ex parte cerebri: q̃re abscinditur materia ṽtutis sensibilis. supple ꝛ motiue quia vtraq3 ṽtus: vt patuit reqritur ad coitu3. ¶ Dixit Judeꝰ. expectat scire ꝙ cerebrũ h3 magnã ṽtutem in coitu: vñ qñ debilitat cerebrũ diminuit feruor luxurie. Et dixit. quenda3 ꝑcussum in capite ꝛ inde defecit feruor luxurie. ¶ Et iõ Auic. dixit. multotiẽs est debilitas scđ causa cerebri sequens casu3 aut ꝑcussionẽ.s. supra caput: ꝛ subdit. ꝙ totũ illud qđ.s. est ex pte ꝑncipaliũ: aut est debilitatꝫ ꝑncipijs.s. qꝛ

principalia

principalia sunt in seipsis debilia: aut cā opilationis meatuū q sunt inter ipsa principalia mēbra genitalia. ¶ Dixit Aaron. si spma erit minus illud erit ex cerebro: & si erectio fuerit debilis illud erit ex corde: & si fuerit appetitus veneris debilis illō erit ex epe & renib⁹. & silr quoqꝫ Vla. dixit.

Debilitas coitus ex parte mēbrorum non principaliū

¶ Et de cā in mēbris sequētibus principalia. dixit Aui. est sicut ex parte stōi pp malitiam digōnis eius. ¶ Et de cā ex parte mēbrorum mediorum: sicut renū est. dixit Aui. sicut accidit in frigore ipsorum & egritudinibus alijs eorum notis & cōplōnibus eorum cōicant mēbra genitalia: maxie vasa spmatica illi viciniora. ¶ Et ex parte mēbrorum inferiorum est. dixit Aui. vt fit in eis aut caliditas aut frigiditas valde. i. itēsa aut siccitas cōplōnis: & priuet in eis inflatio. i. mā inflatiua: q2 frigiditas intēsa ɔgelat eā & nō finit vētosari: & siccitas intēsa desiccat & ɔsumit eā: & hoc siue siccitas ipsa sit sola siue ɔiūcta cū caliditate & frigiditate: inflatio aūt. i. mā vētosa repta in vētre infrigidati est bonus adiutor. s. ad erigendū virgā: & ɔ pñs ad coitū ita vt in illo in cuius vētre multiplicat inflatio absqꝫ superfluitate dolorosa. i. ita vt nō superfluat intātū ꝙ dolorē inferat erigit. i. vga. Si aūt inferret dolorē nō erigeret dolore ꝓhibēte opationes mēbrorum & ad alia distrahēte: & iō dixit ipse. hñtes colerā nigrā. s. multiplicatā in dictꝫ mēbris: vt est in spleneticis & patiētibus melliā mirachiā sunt plime erectionis pp multitudinē inflationis. i. mãe vētose. ¶ Et ex parte mēbrorum vicinātiū cā est. dixit Aui. sicut illō qō accidit hōi cuius emorroydes icidunt & hñtes anū dolorosum nocet illud neruis cōibus iter anū & lacertū eius & iter virgā: de eis est extractio lapidis: & de eis est dolor in anchis. ait Arum. 4° ꝓbleumā. ꝓble. xx°. hñtes ysciās. i. sciaticā passionē: & maxime ex multiplicatione humiditatum frigidarum in ɔcauitate anche nō possunt generare.

Debilitas coitus ex parte materie spermatis.

¶ Et de eis est vrina multū fluēs. vñ Raf. 2° ɔti. ex verbis Arum. in ꝓbleu. superfluitas ꝓuocationis vrine diminuit luxuriā eo ꝙ extenuat renes & diminuit pinguedinem eorum. ¶ De cā vō ex parte mãe spmatis. dixit Raf. in diuis. in corpore abūdātis carnis & nō diminute erit diminutio coitus aut pp paucitatē spmatis aut pp quietē eius aut paruitatē mordicationis ipsius: & cā paucitatis ipsius est aut pp siccitatē in isto spmatis & extenuationē in ipso aut pp frigus. ¶ Et Aui. dixit. qñqꝫ pp paruitatē motus spmatis: & qñqꝫ est ex defectu eius ex mordicatione excitāte. s. vtutē ad expulsionē eius ita vt fit in qbusdam spma plm: & cum coeūt nō descēdit pp ɔgelationē suā & nō coeūt cū hoc parū eo ꝙ vasa spmatis calefiūt i eis qre nō calefit spma neqꝫ subtiliat. Dixit Viati. inueniunt qdā hoies multū vētū & paucā humiditatē hñtes: & vñ fit vt sepe vga erigat neqꝫ spma emittat: & inueniūtur multā habētes humiditatē sine inflatione vētositatis a qbus spma effluit sine voluntate & erectione: ēt reperiunt nimiā habētes ɔcupiscētiā: & neqꝫ virga erigit & neqꝫ sperma ab eis emittitur.

Debilitas coitus ex pte sex rerum nō naturaliū & mixtorū. Rocumētum in coitu ex parte qualitatū primarum superfluentium.

¶ Amplius predictarum cārum. al's. preter dictas cās sūt cause alie tā itrinsece q3 extrinsece que multotiēs dictis in predictis sermonib⁹ note sunt: qs & has ɔsiderātes qdā & reducētes eas ad primitiuas asītes & ɔiūctas dixerūt: cause primitiue sūt aer & ɔstitutio anni multū siccas: silr & regio multe intēse frigiditatis mortificātis calorē innatū: & ɔgelātis mām & in vētositatē solui ꝓhibētes: & qm corpus qō ō3 coire opꝫ itrinsecus calm esse & hum. Et ꝙ calor & frigiditas intēsi noceāt coitui. exēplū. auiū suos multū coeūtes declarāt qm neqꝫ ianuario neqꝫ iulio ouificāt. & nō solū frigiditas totius corpis cōis coeūdi destruit desideriū: verum ēt extremorum corporum frigiditas hoc facit ꝓpue pedū. vñ 4° ꝓbleumā. ꝓbleu. ꝯ dixit Arum. discalciatio. s. ad quā seqt frigiditas pedū nō ɔfert ad coitū. sup. sed nocet: nō tñ simplr sed vtplrmaliqñ enī in qbusdā posset ɔferre: vt in his qb⁹ ex caliditate cōplonali nāli vel accitali seu ēt aeris caliditate: vt in caniculari ɔsōne denegaret coitus: qm in his & silibus frigiditas extremorum: q2 ꝓducit de primo ad ifrigidationē partiū essentialiū pedib⁹ maxie ꝓpinquarum ipsarum ɔtēperando calorē pōt esse cā ad coitū excitandū & cōplendū. Inquit eni Hal. sup tegni. pedibus discalciatione ifrigidatis polet fit bm superfluū calm ad aliqō tēperatū adduci in quo vtus & spma ɔseruabit. ¶ Et accītia aie quecūqꝫ a coitu diuertūt aut corpus extermināt in cā sunt diminutionis coitus: sicut ꝓpriū votū castitatis: coitus abhoiatio verecūdia: occupatio circa difficilia: timor: tristitia: solicitudo: multa cogitatio: ira: & furor: & gaudiū ēt imoderatū: & labor corpis excedēs vires eius: fricatio vehemēs: & balneatio ēt dissoluens vel ɔgelās: quies ēt superflua: & vigilie imoderate: nec nō ꝓfundus diurnus somnus: & regimē in cibis & potib⁹ calefaciētibus superflue: aut infrigidātibus aut exiccātibus aut remolliētibus & pauci nutrimēti spissi & solidi & silr cibis & potibus idigestibilibus nā artificio & qñtitate & nauseatiua satietas superfluitatū retētio insuecētia coeūdi: sicut ēt ipsius multa frequētia ieiuniū longū & famis & sitis tolerātia imoderata vsusqꝫ cibi & potus medicineqꝫ vētositatis dissolutiue seu spmatice mãe desiccatiue & ɔsumptiue. ¶ Dixit Hip. de aere & regione: & scribit sic xx° ɔti. diminuit luxuriā hūiditas cōplōnis opatio frequēs & frequēs eqtatio equorum & habitatio regionis frigide: vt est habitatio tartarorum & silia. ¶ De eqtatione tñ frequēti vr Arist. dissonare pp qd eqtantes ɔtinue luxuriosi magis fiūt. Et l3 qdā dicūt ꝙ Arum. itellexit de insuaui eqtatione: imo de suaui. Et tñ puto fore opp^m: nā suauis eqtatio ēt fere cōtinua & circūadiacētia calefacit humiditatē & vētositatē spirituū ad ea trahit & nō laxat sed ɔfortat: insuauis vō & maxime ɔtinua seu fere: & si calefaciat & mām attrahat ipsam ēt resoluit & ɔsumit & mēbra genitalia fatigat.

Debilitas coitus ex tpe dispōnis corporis

¶ Cā aūt añs pōt dici ꝙ sit mala cōplexio totius vel principaliū aut alicuius eorum vel nobiliū: maxie opationes ꝓ toto faciētiū vel ēt genitalibus cōicantiū vel vicinorum: & maxime si cōplexio illa fuerit sicca & habitudo multū piguis aut multū extenuata & raritas texture corporis multiplicatio superfluitatū ꝓprie frigidarum in corpe opilō cadēs in vijs spmatis & egritudines quecūqꝫ calefaciūt superflue vel infrigidāt desiccāt vel mollificāt mēbra genitalibus cōicantia. ¶ Cā vō ɔiūcta est mala cōplō vel mala cōpositio vel alia specialis egritudo mēbrorum gñoni deseruiētiū. ¶ Et sciās ꝙ qñqꝫ accidit defectio coitus imo & ipsius ablatio nālr ex priuatione mãe ꝓueniente ex ɔsumptione humiditatis spermatice & indigestione: sicut in decrepitis pp debilitatem virtutū ipsarum & paucitatem spirituū in eis: ꝓpterea dixit Viati. passio approximationis magis ɔtingit senibus: q2 non possunt coire negante virtute.

Diuisio diminutionis coitus in spēs suas.

¶Et cōuenit priapismꝰ ēt pueris: q2 ipsi habēt cās faciētes spm: sed puenit ipsis absq̄ȝ vlla delectatiōe ꝛ concupiscētia penitꝰ. Et dixerūt qdam: lȝ viris pprie hec passio ptingat aliqn̄ tn̄ hec passio vel ei similis ptingit ex eisdē causis cuȝ pruritu in ore matricis ꝛ vulua: ꝛ tunc pprie diciť tentigo. Et Ras. qdem in diuisionibꝰ: inuit ꝙ eius cā aliqn̄ est calida ꝛ aliqn̄ frigida. ¶Dixit Gal. 6. de iteriorībꝰ. inuestigādū est cur veretrū infletur pcupiscentia coitꝰ existēte ꝛ cur supine iacētibus femora. nā per hoc priapismꝰ ꝛ vn̄ fiat cognoscetur. Ideoq̄ȝ dico plenitudie veretri nō posse fieri nisi p arterias aut p quēdam neruū: aut p vtrūq̄ȝ ꝙ si hec eadē cā vnius istoꝝ non fuerit inuestigeť. Unā tn̄ nā ordinauit: vt scias ꝙ opationes mēbra corporis faciūt sine doctrina: qȯ hoc idem in veretro faciat. dilatať ergo ꝛ inflať cuȝ animal ad coitū moueť. nā in eo virtꝰ est nālis per quā inflať ꝛ dilatať: sicut in cordis ꝛ arterijs procedens. Nō est ergo mōstrandū vtutem que implet mēbrū veretri ex spū cū animal moueť ad coitū cum arteriaꝝ actione psistere. Meliꝰ est enim vt dicamꝰ ex neruo ipso existere: q2 actiones ex ppria mēbroꝝ suba pcedunt ꝛ non ex eoꝝ positiōe. nam cor si in alio loco foret necessario suā actionē faceret q̄ȝ in loco in quo est opatur silr ꝛ alia mēbra opanť. Arterie vnaȝ in oibus actionibꝰ impendūt. nā vno eodēq̄ȝ modo: tūc p totū corpus dilatanť. necessario ergo ad veretrū venientes nō alteriꝰ q̄ȝ sint p totuȝ eq̄liter existunt. Sed tn̄ ora eaꝝ in eo q̄ȝ in toto corpe latiora sunt ꝛ ipsaꝝ est animaduerti: q2 nā ea ita larga constituit: vt quadā festinatiōe p ea purganda purgarenť: alteriꝰ vo qualitatis ea esse minime credendum est. femoribꝰ vo calefactis ꝛ arterie magis calefiūt ꝛ ora eaꝝ longiora efficiunť qbus sic exn̄tibus non minima quātitas ꝛ ventosa mā ad neruū dirigitur: vnde cū paulatim ex ea repleť eo pleno existēte necessario erigitur tensuȝ pmanens eius suba non nisi ex hoc neruo est. ¶Et dixit. priapismꝰ fit cum ora arteriaꝝ veretri dilatanť. Uel cuȝ fumosa vētositas in neruo creať ꝛ tēsio ex vtroq̄ȝ fieri. lȝ plurimū fiat ore arteriaruȝ dilatato: q2 facilꝰ est arteriaꝝ ora apiri q̄ȝ in ipso neruo ventositatē generari. Sȝ tn̄ puto semel hanc passionē in me pp neruū extitisse nō ex pluribus vicibus ppter apertionē venaꝝ cognoui fuisse. ꝛ hoc propter notitiā pteritorū accidentiū ꝛ ordineȝ medicine vt frequens tn̄ vna cā iuuat aliā. ¶Dixit Aui. mā huiꝰ vētositatis est humiditas plīma ꝛ efficiēs ipsam est caliditas pauca: ꝛ hec mā aut est resudās vel residēs fixa in vasis spermatis: ꝛ in eo vbi generať: aut est nō resudans. supple. Sȝ est in ipsa virga gn̄ata non resoluiť ꝛ qualitercūq̄ȝ fit ptenditur hec ventositas ꝛ vtus eius: tunc aut est ppter frigus. i. sopitum calorē eiꝰ: aut ppter ipsiꝰ grossitudinē. ¶Et quādoq̄ȝ adiuuant cām mālem ꝛ efficientē. i. ipsam tensionem virge cause instrales. verbi grā. vt fit in cute virge: ꝛ que sequunť ipsam inspissitudo phibens resolutionē ipsiꝰ. littera extra dicit. sequens vaporē aut dilatationē orificioꝝ venarum venientiū ad vgam: qȯ accidit ei cuiꝰ coitꝰ fit vehemens plurimū. littera extra. qui plurimo coitu vtitur: ꝛ sic accidit ei q dimittit coitū ad tēpus: quare moueť in eo spma ꝛ vētositas cum fortitudine: ꝛ quādoq̄ȝ puenit ad papismū. ¶Et dixit Aui. qn̄q̄ȝ adiuuāt oia illa cāe pcedētes aut ex cibis calidis: aut iflatiuis: sicut sūt cicera ꝛ vua ꝛ vitelli ouoꝝ: ꝛ illa que aggregāt rem vtrāq̄ȝ. s. calefactionē ꝛ inflationeȝ: sicut eruca: aut ex dispōnibus ꝛ figuris. s. iuuātur: sicut est multitudo dormitiōis supra collū: quare liq̄faciendo puertitur sperma in vētositatē: aut strictura ancharū cum cingulis ꝛ corrigijs institis: quare dilatanť orificia venaꝝ. i. earum iteriora siue pcauitates. Et dixit plurimuȝ cārum eius est amor. i. meditatio coitꝰ. Et dixit. qn̄ incipit magnificari ꝛ augmētari ꝛ plongari virga ppter illud qȯ effunditur ad ipsam de materijs plurimis vel nociuis. De cā aūt largitatis venaꝝ dixit Gal. vbi supra. Uidi quēdam patientē eam: q2 pcesserat eideȝ ꝙ abstinuit a coitu longū spatium tpis ptra solitū vsum ipsiꝰ. Et in alio fuit ista passio eo ꝙ comederat cibaria generātia humores calidos ꝛ acutos: ꝛ in alio qa ligauerat supra medio corrigiam amplam per ipetum itinerū non ꝭm vsum in ligatione. Unde cognouimus per coniecturā ꝙ orificia venarum eius sunt aperta ex caliditate ibi generata.

Signa generis nota sunt ex relatione ꝛ sensu. ¶Signa cārum. Signa fcā a ventositate generata sunt iectigatio que pcipitur in vga: ꝛ iuuamētū cum dissoluentibꝰ ventositatē: qm̄ remoueť cū eis priapismꝰ: lȝ post diuisionē eoꝝ iteꝝ redeat. ¶Et signa aptionis venaꝝ sunt puatio iectigationis: ꝛ cognoscitur cā aptionis ex eo quid pcessit de diminutione coitꝰ vel eius vsu supfluo: vel cibis multū gn̄antibus spma ꝛ acutū ꝛ cibis iflatiuis ꝛ eq̄tatione ꝛ silibus causis. ¶Dixit Gal. vbi supra. qn̄ fit ex iflatione nerui cōcaui veretri pcedit iectigatio veretri: que si non pcesserit pōt extimari ꝙ ipsa erit ex cā largitatis ipsaꝝ. Et Aui. dixit. Scias si fuerit vētositas gn̄ata in ipsa vga erit illic tremor. s. ꝛ titillatio vge añs plīm. Et si non fuerit ita: tūc cā in ipsa est pp vgā ad quā iam puenit ex arterijs sanguis vasoꝝ spmatis. Et qdam supplēt ꝛ acuitas eius.


Cura eius duplici pficitur instro. s. dieta ꝛ potionibꝰ. ¶Dieta qdem pficitur cū locatione patientis in aere ad friditatē decliui ꝛ vitatiōe ꝛ accn̄tiū aīam dilatātiū ꝛ maxime a cogitatiōe sup his que ad coitū ptinent ꝛ cum exercitio corporū forti: ꝛ labore lassante vtutem cū minoratiōe sōni ꝛ vacationi in vigilijs. ¶Et dicūt dormiāt patientes induti nō nudi neq̄ȝ sup dorso ꝛ vitandū est exercitiū membroꝝ inferioꝝ ꝛ sequēdū est cū exercitio supiorū. ¶Dixit Auic. opȝ ꝙ sit exercitiū mēbroꝝ supiorum in ludēdo cum tubab. exponūt qdam. i. cuȝ pila magne supple. vel alio modo quo brachia ꝛ manꝰ exercitanť crura vero ꝛ pedes qescunt: ꝛ cibi ꝛ potꝰ phibeātur oēs inflatiōes generantes ꝛ multiplicātes spmaticā mām ꝛ acutā illaȝ reddētes. Sȝ dieta vtantur attenuāte ꝛ modicū nutrimēti generāte. ¶Dixit Auic. nutriatur cū eis que sunt sicut lētes ꝛ que currūt cursu earū. verūtn̄ non multū vtantur acetosis: qm̄ ipsa qn̄q̄ȝ inflant. s. qn̄ ipsis puenitur ad extinctionem calitatis: que resoluebat vētositatē. Et dixit. dimittať coitus nisi pp necessitateȝ eius: ne. s. veniat nocum aliqȯ ex nocumētis di missiōis coitus. Opȝ enim dixit. spē vt dimittat coitum oīno ꝛ augmentationē in eo ꝛ psiderationē ad illud qȯ mouet desideriuȝ eius nisi istē cui accidit priapismus ppter dimissionē coitus omnino.

¶Cura vo per potionē tribꝰ cōpletur intētionibꝰ. Quarū pma mām vētositatem gn̄antem: imo ēt ipsam multiplicātem digerit euacuat ꝛ diuertit. 2a vero malam dispōnē genitaliū: ꝛ virge maxime ꝛ ipsiꝰ venarū largitatem alterat. corrigit ꝛ constringit: necnon ꝛ vētositatē in eis generataȝ vel defluxaȝ ad ipsam attenuat ꝛ resoluit. tertia accidentia respicit. ¶Et pma qdem compleť cum scāmonia in his qrū

că est mãe spermatice multiplicatio ⁊ sãguinis abũdantia in toto corpe vel saltẽ in epate ⁊ mẽbris genitalib⁹ ⁊ circũadiacentib⁹ eis ⁊ cũ euone humoris alteri⁹ peccãtis: digestione ei⁹ pmissa: maxime cũ vomitu: qm̃ euat ⁊ mãm i genitalib⁹ otentã diuertit. dixit Simeõ. Curatio fiat in pncipio cũ diminutiõe ad diminuẽdum mãm que est supra. Et Hal. dixit. si in corpe superfluitatẽ ventositatẽ gñantẽ videris vomitũ ipera ⁊ medicamẽ da solutiuũ. s. post vomitũ iam sufficiẽter puocatũ. ante. n. solutiuũ vẽtris obest. Jõ Aui. dixit. cañ. curatiõis priapismi est cuʒ vomitu ⁊ flõmia absqȝ vẽtris solõne oino. pp qd timetur ne vẽtris solõ descẽdere faciat mãm desup. ℂ De iplẽtib⁹ võ intẽtionẽ scõam sciendũ est q si dispõ genitaliũ fuerit calida vias ⁊ meat⁹ alargãs ⁊ mãm ad locũ attrahẽs: tunc in pn⁹ cura cuʒ ifrigidãtib⁹ ⁊ alterãtib⁹ ⁊ remittentib⁹ illã calidã discrasiã fienda est cuʒ medicinis illud facientib⁹ ab itus ⁊ ab extra approximatis: q ex pcedentib⁹ caplis accipiẽda sunt. dixit Aui. ⁊ administ ref lamina plũbi sup pectine. Discrasia aũt calida ablata ad vẽtositatẽ ⁊ mãm in genitalib⁹ ⁊ vgã remãsit attenuãdũ ⁊ resoluẽdũ ⁊ osumendũ est cũ vnguẽtis ⁊ epithimatib⁹ calidis ⁊ alijs osilibus deueniẽdũ: que ẽt ex supra narratis hic poteris. Si võ dispõ genitalium frida fuerit: siue remissi caloris mãm in vẽtositatẽ mouẽs ⁊ nõ resoluens: siue fuerit ipsa dispõ iũcta spissitudini sube siue dilatationi pororũ cutis eoꝝ siue nõ: tunc est vtendũ calefaciẽtibus post euõne si necia fuerit: ⁊ tũc incipiendũ est ab eis q approximari pñt itus ⁊ extra. ℂ Dixit Hal. Si est ex vẽtositate adhibẽda sunt q calefaciũt ⁊ desiccãt q ventositateʒ dispgunt: ⁊ p aut dixit Hal. administrãda sunt qcunqȝ infrigidãt ⁊ vẽtositatẽ phibẽt gñonẽ. ⁊ subdit. calefaciẽtia ⁊ dsiccãtia ut semẽ agnicasti ⁊ semẽ pigami ⁊ satureia ⁊ ciminuʒ ⁊ apiuʒ ⁊ semen ei⁹ ⁊ anisuʒ ⁊ anetũ cuʒ seie ei⁹ ⁊ similia: ⁊ semẽ sinapis. Et dixit. ista nõ multiplicent nec cũ corpore maifest⁹ fuerit calor exhibent. ⁊ refrigerãtia ⁊ desiccãtia sunt: dixit ipse: coriãdrũ siccuʒ semen iusqami semina ros. balaustie. grana granato lenticula: semen arnoglosse: portulace lactuce ⁊ silia. ℂ Et subdit si ad desiderata cum istis nõ veneris aliqd adde opij. s. exteri⁹ approximatis: nõ tñ ipm multiplices nec in ipsi⁹ assiduo sis vsu: qm̃ tãtã virge inducit dormitationẽ: vt sit difficile sanare illam.

ℂ Tertiã rem cõplent quecũqȝ accñtib⁹ supuenientib⁹ resistunt qb⁹ maxie vtendũ est añqȝ eueniãt. ℂ Dicũt qdã. medicine q priapismũ curãt cũ ppꝛietate sunt gũmi iuniperi. si. n. vngat eo vga ipsam erigi phibet. ℂ Dicũt q modicũ berbene datũ in potu nõ sinit. vij. dieb⁹ vgam erigi cui⁹ signũ est si detur gallo nõ ascendit sup gallinam.

ℂ De regie eius quẽ ledit dimissio coit⁹. Cap. xj.



Ura huius duplici pficitur istro. s. dieta ⁊ potione. Dis. n. qui nõ vult coitui approximare: aut q ei assuefecit ⁊ vult dimittere euʒ: ⁊ maxime si debilis fuerit corpis cum fortitudie genitaliũ dʒ morã trahere in locis fridis ⁊ siccis approximãdo accñtib⁹ aie corpus exterminãtib⁹ ⁊ vtẽdo cibis ⁊ potib⁹ exiccatiuis pauci nutrimẽti cuʒ tolerãtia ieiunioꝝ in fame ⁊ siti: ⁊ sigdem fuerit ex his q voluerit ad coitũ redire vtatur eo abũdanter ad cuius abundãtiam cum puenit gradatim postea ipsum diminuat.

Cura võ p potionẽ trib⁹ ipletur itẽtionib⁹: qꝛuʒ pma est ad euãdũ mãm multiplicataʒ cum flõmia ppꝛie ⁊ alijs euonibus fm cãs dictas in pcedentib⁹. 2ª alterat corpis ⁊ genitaliũ dispõnes cũ his que infridant ⁊ exiccant. tertia võ pncipalia mẽbra respicit ⁊ nobiliat: ⁊ hoc aut phibẽdo ea a lesiõe: que accidit eis ex dimissiõe coit⁹ ofortãdo ipsa ⁊ mũdificãdo sepe corpus totũ: ⁊ pcipue virilia in viris ⁊ matricẽ in mulierib⁹ ⁊ phibẽdo ascensũ vaporũ maloꝛũ ⁊ corruptoꝝ retenti spmatis: qd maxime fit cũ vsu electuarij: qd sic fit. ℞. carnes citonioꝝ ⁊ ofice eas cũ zuccaro ⁊ aceto: deide appone spẽs que sic fiunt. ℞. coriandri ppati. ʒ. s. ros. rub. coralloꝝ rub. sandaloꝝ rube. spodij granoꝝ granatoꝝ ⁊ berberorũ. ʒ. añ. qȝtuni sufficit apponi qȝtitas carniũ citonioꝝ ⁊ zuccari. Aut ipletur tertia intentio phibẽdo ipsa mẽbra a lesiõe quã pati pñt ex reditu ad coitũ. ⁊ de his ppꝛie locut⁹ fuit Auic. ℂ Dixit Gal. opʒ in hmõi hõ pueniat ad ofortãdũ stõm suum: ⁊ ad hoc vt digõ fiat bona cũ his que bibunt ⁊ cum epithimatib⁹ ⁊ emplastris dictis in ca⁹ stõi: ⁊ vt contingat p illud succursus debilitatis accñtis p id qd puenit ex coitu pp necessitatẽ: q. s. dʒ cogi ad coeundũ ⁊ cũ eis. s. medicinis ⁊ cibis: q sunt ad cor vtiles. Et de cibis que succurrũt debilitatib⁹ eoꝝ ẽ panis bon⁹ mũdus isusus in bono vino. Dixit itaqȝ administrent sup mẽbra coit⁹ eius medicine ifrigidãtes minorãtes spmã: ⁊ pcipue in eis: in qb⁹ mẽbra genitalia sunt fortiora. ⁊ bibãt ifrigidãtia oria spmati ⁊ administrent in emplastris ⁊ iunctionib⁹ ea que faciũt hñtib⁹ priapismũ: ⁊ dimittãt oia que generãt spma ⁊ assiduẽt exercitiuʒ: pcipue priuʒ supioꝝ corpoꝝ suoꝝ: sicut est pcussio. s. manib⁹ ⁊ altabab ⁊ sauliget ⁊ eleuatio põderis: ⁊ opʒ vt gradatim pueniat in minorationẽ coit⁹. s. post sufficientẽ euonẽ retenti spmatis: ⁊ maxime eos q volunt postea dimittere ipm qñ itaqȝ coeunt in pncipio noctis dimittãt ipsam vno die aut duob⁹ vsqȝ ad horã sõni noctis: aut añ ipm: aut post ipʒ: ⁊ rectificẽt cibũ q est iter illũ: ⁊ dormiãt sup coitũ: deide gradatiʒ pueniãt ad dimittẽdum numerũ dieꝝ. s. q iterponãt plus de spatio quoꝝ plm fit p occupationẽ in ludibris.

ℂ De regie ei⁹ q plm vtitur coitu ⁊ nocet ei. Cap. xvij.



Ura huius cõpletur dieta ⁊ potiõe. etenĩʒ dieta vt locent in aere hũectato ad calitatẽ puã declini vel friditateʒ paucã si in cã fuerit calitas inuẽta. ℂ Et dixit. A. letent in ludis q letificãt: faciẽdo ẽt eos ⁊ dormiãt ⁊ qescãt ⁊ cũ exercitari eo volueris administret exercitiũ ppatiõis. i. lene vt balneent balneis hũectãtib⁹. ℂ Dixit Joãniti⁹. si accidit debilitas in coitu o solitũ ispice si est diminutio in spmate ⁊ rege ipʒ regie dicto in ca⁹ diminutiõis coit⁹. ℂ Dixit. A. oʒ vt administret calefactio. s. ppata ⁊ hũectatio cum cibis bonis: quoꝝ paucum plm nutrit: ⁊ regie. s. resũptiuo ⁊ delicioso. ℂ Dicunt qdam: sicut est aq carnis ⁊ iura carniuʒ caponũ vel gallinarũ pinguiũ: in qbus dissoluãtur vitella ouoꝝ: ⁊ ipsa etiã vitella sorbilia. ⁊ testiculi galloꝝ ppꝛie: ⁊ lac qdẽ ouinũ ⁊ vaccinuʒ. ℂ Dixit Auic. est vehemẽtis iuuamẽti ad viuificãduʒ ⁊ ofortandũ cum sumitur de eo in ieiunio cum quãtitate qua digeratur ⁊ dormiat sup ipm. ⁊ ouenit eis etiã vinũ dulce odoriferũ parũper limphatum.

Potio vero aut respicit debilitatẽ aut accidẽtia corrigit: ⁊ q respicit debilitatẽ eius abscidit cãm q est paucitas caloris inati: ⁊ spũs in corde ⁊ alijs pncipalib⁹ mẽbris pueniens ex supfluo coitu quem aliqñ adiuuat raritas texture corpis. Cõplet ergo intentio hec cum medicinis cordialib⁹ ⁊ odorib⁹ bonis multiplicãtib⁹ spm ⁊ calorẽ quas adiuuat administratio densantiuʒ poros ⁊ de pdictis medicinis est diamusc⁹ dyambra ⁊ ofectio de xiloal. ⁊ metridatũ ⁊ silia. Uerũ qñ administrãt cuʒ supfluitate desiccãt. dixit Aui. hũectatio. s. cũ alio regie viuificat illã phibendo exiccationẽ vel cũ administrãtur cuʒ supfluitate: ẽt hũectatiõe. s. cuʒ eis q multũ hũectãt viuificat: q humectatio ẽt põt fieri cũ extrinsecis approximatis.

Potio vero q accñtia corrigit respicit exiccationẽ corpis de q dixit Gal. 4. de regie sanitatis. cuʒ accidit in coitu in corpe desiccatio qd accidit ei ex supabũdãtia exercitij ouenit exercitiũ moderatũ balneũ ⁊ nutrim hũidũ declinãs ad calitatẽ ne ifridet corpus ex coitu si pduxerit ad ifrigidationẽ. ℂ Si võ fuerit cũ calefactione

lefactione infrigidet᷑ ꝛ non dimittat᷑ in vtraqꝫ dispõne hu miditatis. Dixit Aui. si apparet debilitas visus: tūc cā eius est cerebꝝ. Dixit enim Iud. in plibus. in capite ipsoꝝ ascē dit vapor vehemēs in coitu: q. d. vapor ledit cerebꝝ. Alia lra Auic. hꝫ: tūc cura eis est cerebꝝ. q. d. intēde ad cerebꝝ ꝛ cura ipsum: qꝛ opꝫ vt assiduet inunctionē capitis sui: qꝛ in sincipite vngere cū eis que sunt sicut oleū viol. ꝛ fiat ca/ putpurgiū cū eo aut distillet᷑ in aures: aut vtat᷑ introitu vel itinitu aque dulcis ꝛ apiat visum suū in ea: ꝛ in sūma tota sit intētio ad humectādū. Et dixit. si accidat tremor ex coi/ tu: tunc si mā fuerit huᵃ soluat᷑ cū eis que sunt sicut pulpa colo͞gn. aut cucumer asininus ꝛ cētaurea: ꝛ post illō curet᷑ vga. s. si est mollificata vel neruus: ꝛ est melior cū vnguen tis fortibꝰ in qbus sunt muscus ꝛ ambra ꝛ been cū oleo de costo ꝛ nardino ꝛ de lilio ꝛ de cipis ꝛ almachaleb. i. medul la cerasi vel cerui silvestris ꝛ cū ol. de sauina ꝛ cū oi calido in quo nō est stipticitas. ¶ Dixit Iud. ad tremorē accñtem post coitū da oppo. cū. ℥. i. maiorane corte ꝛ fiat abstinētia potus vini fortis ꝛ abundātis. ¶ Dixit. A. si nō est cū tre/ more mā curet᷑ cū vnguētis tremoris dictꝭ in ꝑprio caᵒ. Et qñ accidit post coitū stati tremor sumat oppo. cū aq̄ fāsuci ꝛ cassief. q̄ntitatē quā tolerat ꝛ aq̄ fāsuci d̄ q̄ sit q̄titas. ℥. i. ¶ Dixit Ruff. qdam vtēdo coitu nō emisit spma: sꝫ vētosita tē in fine ꝛ curatus est cū nutrimētis hūidis ꝛ ꝯualuit. Et ego quēdā cōpre͞z nitū cognoui cuius vga erigebat᷑ ꝛ coi bat ꝛ nō emittebat spma: aut nisi minimū qd ꝛ valde raro.

¶ De illo qui ilico post coitum egerit. Cap. xiij.

Auicēna dixit. athnoth est ille q cuꝫ coit eijcit stercus suū cum spmate: ꝛ sil᷑ fit eoꝝ descēsio ꝛ nō regit suū anuꝫ. ¶ Dixit Iud. hoc fit cū musculus ani mollesit cū lassitu dine musculi retinētis spma: ꝛ pōt ista mollifi/ catio musculi ꝑuenire a mā aliq̄ ad ipsum flu/ xa relaxāte eū: ꝛ pōt ꝑuenire a debilitate eius musculi nāli vel accñtali: que tpe emissionis spmatis augetur pp emissio/ nem caloris ꝛ spūs sil᷑ cuꝫ spmate ꝛ eius diuersionē tūc ab ipso musculo intrīn ꝙ anū regere nō pōt. ¶ Dixit Iud. isti qbus hoc accidit debēt esse vehemētis appetitus in coitu velocis resolōnis supabundātis spmatis ꝛ corporis delica ti. Et dixit. snp plures eoꝝ dnat᷑ desideriū valde. s. coeundi ꝛ multiplicat᷑ in eis delectatio: ꝛ iō mollificant᷑ ꝛ debilitā tur pp resolōnē spūum eoꝝ. s. multā sequētem ad magnā delectationē: ꝛ plīmi eoꝝ. dixit Aui. sunt molliū corpoꝝ.

Signa gñis hñr relatione. Signa specieꝝ. signa mā/ lis sunt ꝙ ēt eo nō coeūte vir retinet egōnem: ꝛ aliqñ eam inuolūtarie vel cū paruo sensu egerit. In mā/ li aūt ꝛ frigida pp debilitatem musculi non ꝯtingit illud nisi in spermatis emissione.

De cura ait Ras. liᵒ ꝯti. dico ꝙ hoc patiēs non dꝫ su mere aliqd in cibo vel in potu añ executio/ nē coitus: pōt tñ sumere de cornis ꝛ piris ꝛ granis grana toꝝ ꝛ sīlibus stipticis ad declinandū nām añ ipsum tps ad stipticitatē: ꝛ si poterit nō comedat nisi paꝝ de rebus assis illo die. Et dixit. si nā fuerit sicca ꝯfert ei vt egerat añ coitū supponēdo ano suo de sale: qm inde ꝯfortabit᷑ anus eius: dꝫ aūt egerere añ cibū hñr vt vacuus sit vēter eius: qd ēt vt dicūt ꝯfert si nā nō fuerit sicca: ꝛ post vētris euōnē suppo nat sibi patiēs suppositoriū factū ex acatia balaustijs gūmi arabico thure sanguine drac. bolo armeno ꝛ sīlibus stipti/ cis: de qbus informent᷑ suppositoria parua cū succo plāta ginis ꝛ teneant᷑ ad ꝯfortandū anuꝫ. ¶ Et Ras. docuit ad hoc mitti clystere potētis stipticitatis: ꝛ eꝝ post subueniat᷑ sibi ne patiat᷑ colicā: ꝛ inspiciēdū dicit esse in hoc: ꝛ vngat᷑ anus intus ꝛ extra ꝛ emplet᷑ cū stipticis. Dixit Iud. debēt sibi supponere olea stiptica mixta cū herbe acatia ꝛ sīlibꝰ. Dixit Ras. supponat sibi oleum myrtinū acatia ꝛ ramich. Dixit Aui. administrent᷑ vnguēta ꝛ empla stiptica ꝯforta tiua lacerti: ꝛ fiat inunctio cū eis que sunt sicut oleū nardi nū ꝑprie ꝛ ciperis ꝛ de sauina. Ungᵐ bonū ad hoc: sumat᷑ oleū de citonijs ꝛ ol. de alcāna ꝛ terant᷑ karabe ꝛ liliū sic/ cū ꝛ acatia ꝛ fiat ex eis vngᵐ ꝛ administret᷑ assidue sup la certū ani ꝛ fiāt eis suppositoria retētiua vel sicca ꝛ ꝑprie in tpe coitus sicut si supponat᷑ colliriū ex mirach ꝛ gall. ꝛ ba laustijs ꝛ thure. ¶ Dixit Aui. ꝙ dr̄ de bonificatiōe ciboꝝ eoꝝ ꝛ regimine ipsoꝝ ꝛ subtiliatione est res que non hꝫ in hac intētione locū nisi intelligat᷑ de cibis stipticis: qbus ci bent᷑: ꝛ sil᷑r in clysterijs pinguibꝰ infrigidātibus: qꝛ dicūt vtilitas nō est apud me: immo vt intēdat᷑ in eis que diximus . s. ad frāgendū acuitatē eoꝝ. i. vt nō fiat acutū pūgitiuū ꝛ ad ꝯfortandū corda ꝛ cerebra eoꝝ: ꝛ de cerebro ꝑprie vt nō mollificent᷑ lacerti: sed fiat fortis lacertus ani. Et si mā fuerit lacertū relaxās digerat᷑ ꝛ euet᷑: sicut opꝫ: deinde ad/ ministrent᷑ resoluētia ꝛ ꝯsumentia reliquias eius ꝛc.

¶ De alubnathi. Cap. xiiij.



Auicēna dixit. ꝙ alubnathi ꝭm veritatē est egritudo accñs ei q ꝯsueuit ꝙ sup eū iaceant hoies ꝛ hꝫ desideriū coitus plīmū ꝛ est in eo spma plīm nō motū: ꝛ cor eius debile ꝛ eius erectio debilis in radice. i. princi pijs gñonis: aut debilitat᷑ tūc. s. tpe quo aegri tur i eo ista debilitas: ꝛ fuit iā assuetus coitui: q̄re affectat ipsum: ꝛ nō pōt sup ipsum: aut pōt sup ipsum potētia media tiua. s. solū q̄re desiderat vt videat coitū currētē inter duos ꝛ ꝑpinquior est ille q est cū eo. s. coitus: tūc eni mouet᷑ desi deriū eius ꝙ si emittit᷑ spma qñ aliqs coit cū eo aut erigit᷑ cū eo vga: tūc pōt pficere desideriū suū. ¶ Etenim est quedā secta eoꝝ quoꝝ desideriū: non erigit᷑ nisi qñ cuꝫ eis coit᷑: ꝛ tūc aduenit eis delectatio emissionis spmatis siue cū opa/ tione illius. s. ꝙ emittit ipsuꝫ siue absqꝫ effectu emissionis q. d. siue emittat siue nō. ¶ Et secta alia eoꝝ est ꝙ qñ cū eis coit᷑ nō emittūt spma tunc: immo declināt ad hoc vt cū alijs coeāt: ꝛ sunt i veritate ꝑstrate aie ꝛ male ꝯsuetudinis ꝛ cō/ plōnis muliebris: immo ꝛ bestialis: ꝛ qñqꝫ sunt mēbra eoꝝ magis sustinētia q̄ mēbra viroꝝ. ¶ Et scias. dixit Aui. ꝙ oīa que dñr pꝛeter hec vana sunt: ꝛ stulti hoies sunt q vo/ lūt eos curare. naꝫ initiū egritudinis eoꝝ meditatiuū est ꝛ nō nāle: qꝛ sup. solū corrigēde sunt male meditatiōes eoꝝ. Si vō ꝯfert eis cura: tunc illud est qd frāgit desideriū eoꝝ ex tristitia fame vigilijs carcere casu ꝛ ꝑcussione. Et subdit Aui. dixerūt qdam ꝙ cā alubnath est ꝙ neruus sensibilita tis. i. sensibilis sensum ferens q venit ad virgā ramificat᷑ in illa in duos ramos: quoꝝ subtilis radici virge ꝯtinuat᷑ ꝛ grossus venit ad caput virge: q̄re indiget ille ramus qui te nuis est fricatione vehemēti donec sentiat: q̄re spargit᷑ sup hoiem. i. cū hōi ꝯiungit᷑: ꝛ tūc aduenit ei explementū libi dinis: ꝛ hec res est sicut illud qd remotū est. s. a veritate: qꝛ maior sensibilitas dꝫ esse in capite vge q̄ in radice: sed ꝑᵃ . s. cā est sup quā est intēdendū: qꝛ. s. vera est. Et est: vt dictū est: qd ꝯtingit ex meditatione: vel vt dñt alij ex spmate nō moto. ¶ Ar. quoqꝫ 4ᵃ ꝑbleu. 26ᵒ ꝑbleu. quesiuit pp qd gaudēt ꝛ delectant᷑ qdem pueri cū qbus coit᷑. Et vt dicūt hoc est querere q̄re gaudēt coeuntes qdam siue se habēt in rōne agētis siue patiētis. Et quesiuit 1ᵒ q̄re est ꝙ hi qdem simul agētes sunt. s. ꝛ patientes: hi aūt non: sed alteꝝ eoꝝ exercēt. Et soluens ꝑ ad ꝑᵐ quesitū assignat ꝑ causam du/ bitationis: ꝛ dixit ꝙ vnicuiqꝫ superfluitati est locus in quē apta nata est ꝭm nām segregari: vt pꝫ de vrina ꝛ de egōne: de lachryma ꝛ de alijs: que segregatio fit ex latore ꝛ motu excitante vētositatem: que existēs inflare faciat locum per quem trāsit: ꝛ sic iuuat ad expulsionem illius superfluitatis: ꝛ in hoc ꝯseruat᷑ armonia corporis. Cū igit᷑ gignitura sup fluitas: ꝛ sic hr̄e dꝫ ꝛ hꝫ locū ad queꝫ segregat᷑: qui locus est testiculi: ꝛ virga ad hunc locum expellitur qñ cum eis coit᷑ vnde delectant᷑ ꝛ gaudent. In qbusdam aūt siue pp

etatem siue pp aliam causam spma non euenit ad virgã fit delectatio ex fricatione partium genitaliũ: qz ex illa frica/tione qdam spiritus ad locũ feruntˀ: vel quedam humidi/tas subtilis dicta alguadi: quoꝝ spirituũ siue humiditatis expulsio queritˀ a nã: cũ nõ sint in loco illo ẽm nãm: qbus cũatis accidit vt gaudeãt ꝛ delectationem habeant.

¶ De hermofrodita. Cap.xv.

Dixit Aui. ille qui est hermofroditus non hꝫ mẽbꝝ viri neqꝫ mulieris: ꝛ de il/lis est qui hꝫ vtrũqꝫ: sed vnum eoꝝ qḋ est debi/lius ꝛ occultius: ꝛ aliud est ẽ꜕rio: ꝛ descendit spma eoꝝ vel vrina ex vno eoꝝ absqꝫ alio. Et de illis est in quo ambo sunt equalia: ꝛ pũenit ad me. dixit ipse. ꝙ ex illis est qui agit ꝛ patitˀ. i. cum altero coit ꝛ cũ eo coitˀ: sed paꝝ. i. raro verificatˀ hoc. Et curatur hermofrodita moltoties per incisionem membri occultio/ris: ꝛ per regimen vulneris eius ꝛc.

¶ De delectatione coitus ꝛ augmento eius. Cap.xvi.

Non est turpe medico. dixit. A. cũ loqtur de magnifica/tione virge ꝛ coagustatione receptricis. s. vul/ue ꝛ delectatione coitus: maxime cũ mulieree: cũ istud ptineat ad eũ ẽm ꝯsiderationem artis ꝛ p nãm sui subiecti: ꝛ maxime cũ loqtur his qbus mandatũ est matrimonium inseparabilr̃ obseruare. Et istud ideo: qm̃ sunt ex causis. dixit Auic. qbus pũenitˀ ad gñonem. Multoties enim est paruitas virge cã vt non delectatˀ mulier ea: qm̃ diuersa est ab ea qua ꝯsueta est q̃re non emittit spma: ꝛ qñ non emittitˀ spma non fit filius: p pterea dictum est supra ꝙ delectatio facit vt gñõ melius ꝛ frequẽtius fiat: ꝛ qñqꝫ est etiã paruitas virge cã vt fugiat mulier a suo pari ꝛ querat alium. Et silr̃ qñ vulua non est angusta non ꝯuenit ei suus par: ꝛ ipsa iteꝝ non ꝯuenit pa/ri: ꝛ indiget vnusqsqꝫ pmutatione: ꝛ silr̃ delectatione: ꝛ silr̃ delectatio vocat ad emissionem spmatis festinam. Mulie/res ẽm plurimum: vt supradictum est: tardãt in emittendo spma ꝛ remanent nõ complentes desideriũ suum: quare il/le ex ipsis que non custodiuntˀ mittunt in illa dispõne sup seipsas que inueniunt: ꝛ pp hanc causam redeunt ad ꝯfri/cationem: s. dicit lra extra vnius mulieris cum alia vt ꝯfri/ciatur in eo qḋ est inter eas complementum voluptatis.

¶ Sunt aũt delectationem augentia. dixit Ioãnitius. vt ponat vir manũ suam sup dorso mulieris sub eo loco qui ptinet ad asem. i. sumen restringẽdo asem eius cum ea: qm̃ exinde erit delectatio vtriusqꝫ mirabilis. ¶ Et dixit. ℞. pi/retri stafisagrie. añ. teranˀ ꝛ cribellenˀ cum sirico distẽpe/renˀ cum melle qḋ est cum. ʒ. pdito: ꝛ fiãt inde pillule ad modum piperis: deinde ponatˀ vna sub lingua ꝛ vngatˀ ve/reꝝ cum saliua oris: qm̃ dabit delectationem mirabilem ꝓprie mulieri. ¶ Dixit Ras. xiº ꝯti. due cucube si masticã/tur: ꝛ silr̃ ois res que faciũt saporem in ore bonũ si sumatˀ saliua ipsaꝝ ad vnguẽdum vereꝝ faciũt delectationeꝫ mi/rabilem. ¶ Dixit Aui. de eis que delectant eos vtrosqꝫ si/mul est saliua eius q sumit in ore suo aliqd que dꝫ esse que/dã species odorifera. Et saliua cucube ꝛ mel embelicoꝝ ꝛ mel cũ quo ꝯficitˀ scamonea ꝛ. ʒ. ꝛ plp cũ melle. Et dixit. vtanˀ limimento ꝓprie sup medietatem virge postremam nõ est magnum iuuamẽtum cum vsu illius: facit enim de/lectationem in capite virge solũ suppositorium cũ felle ver/ris aut caput virge inunctuꝫ aut cum semine vitice suppo/situm delectare facit mulierem in coitu.

¶ De magnificatione virge. Cap.xvij.

Geminiser dixit. si preputium palpatˀ post exitũ a coitu: deinde il/liniatˀ cũ melle ac opatione durãte per mẽsem vnuꝫ plongabitˀ virga. Et dixit. frica virgam cum lacte ouino fricatione longa in die decies: si fiat hoc g dies magnificabitˀ valde: ꝛ fricatio freq̃uẽs ingrossat illã: s; sed cessari dꝫ a fricatione cũ incipit inflari ꝛ rubefieri: douꝫ mitigabitˀ reiteranda est fricatio ter in die. ¶ Liber absqꝫ auctore. ℞. lumbricos terre ꝛ lauenˀ ꝛ desiccenˀ ꝛ teranˀ bene ꝛ misceanˀ cum oleo sisamino ꝛ illiniatˀ cum eis vere trum ꝛ ingrossabitˀ valde. ¶ Dixit Aui. magnificat virgã fricatio cũ adipibus ꝛ oleis calidis post pãnum aspeꝝ. s. dictum sup eam cuꝫ fricatione ꝛ post effusionem gñum la ctis sup eam ꝛ ꝓprie ouium: deinde adherẽtia picis super ipsam vt attrahat sanguinem ꝛ remaneat viscositate sua ꝛ coaguletˀ pinguedine sua. i. tenacitate: ꝛ hec assiduatio in istis in extremitatibus duabus diei. s. mane ꝛ sero. Et de il lis que faciũt illud sunt sanguisuge cum exiccantˀ ꝛ liniˀ cũ eis: ꝛ lumbrici terrestres hoc faciũt ꝛ alablet ꝛ est ſpẽs nobilis que hꝫ lac. ¶ Dixit Silib. lauetˀ oi die bis virga cũ aqua calida decoctionis piperis ꝛ piretri fortiter fricã/do tam diu ꝙ rubeat ꝛ infletˀ: ꝛ post apparitiones ruboris ꝛ tumoris vngatˀ virga cum oleo de costo ꝛ de spica vel si/milis: ꝛ postea supponatˀ emplastꝝ de pice qḋ vndiqꝫ capiat virgam: vel de pice liqda alba ꝛ armoniaco virga pilus a pilis abrasa: ꝛ fiat sic oi die vsqꝫ ad dies. xl.

¶ De constringendo vuluam. Cap.xviij.

Quidam cõstringunt vuluam humores trahendo ad ipsam: qbus par/tes eius circunferentiales in tumorem ele/uanˀ ꝛ sic via media coartata remanet: ꝛ hoc faciũt rubificãtia supposita ꝛ ꝓprie cordume ni. Et qdam illud faciũt exiccãdo partes eius ꝛ ꝯstringẽdo partes adinuicem: ꝛ hoc faciũt stiptica: ꝛ his adherẽt auctores. ¶ Dixit Simeon. hoc est medicamẽ ad ꝯstringendũ vuluam ꝛ excitãdum appetitũ luxurie in mu/lieribus: infunde pãnum in aqua in qua dissolutuꝫ fuerit alumen scissum: deinde aspge cũ ciperis ꝛ cassialig. ꝛ galla tritis ad modũ collirij ꝛ supponatˀ vulue ante coitũ per ho/ras duas. Aut tere semen acetose bñ ꝛ fac suppositoꝛium de eo: qm̃ ꝯstringet vuluam ad moduꝫ virginis. ¶ Dixit Ruff. medicamẽ excusans mulierem cuius virginitas fuit deflorata. ℞. gallaꝝ imaturaꝝ partes. ij. floꝝ squinãti par/tem. i. tere ꝛ cribra ꝛ pone ea in vase in quo fuerint pãni in/fusi in vino ac postea exiccati ꝛ supponatˀ vnus ipsoꝝ vul/ue. Pãni infusi in decoctione gall. Et ramich suppositi ve/hemẽter ꝯstringũt vuluam. ¶ Dixit Aui. sumatˀ xiloaloes ꝛ ciperi ꝛ gari. ꝛ ramich ꝛ paꝝ musci ꝛ teranˀ oia ꝛ inuol/uantur in lana infusa in meisus: ꝛ est liquor vnctuosus: ꝛ supponanˀ. ¶ Sunt insup quedam mulieres que pre ma/gnitudine vulue ꝛ graui odore eius postq̃ approximate fuerunt viris ꝯtẽnuntur ab eis: precipue si inepte fuerint ad coitum. Et debẽt lauare sepe vuluam intus ꝛ extra cuꝫ vino vel aqua decoctionis reꝝ stipticarum: sicut cum de/coctione galle psidie ꝯsolide maioris ꝛ medie ꝛ folioꝛum myrthi ꝛ lauri ad rossibam: ꝛ debent etiam in hac deco/ctione sedere ꝛ sic freqũẽter iterare: ꝛ oi vice qua sessio fit se bene ꝯstringere ꝛ exprimere: vt ois aquositas ꝛ humo/rositas extra fluat: ꝛ bene eam exiccet ꝛ supponat sibi na/stale de pulueribus stipticis ꝛ aromaticis.

¶ Dixit Aui. ferueãt muscus ꝛ galliamusc. ꝛ crocus in vino odorifero in quo infundatˀ pãnus lini ꝛ administretur: est enim redolere faciens: ꝛ sunt verba libri absqꝫ auctore. ℞. Dixit enim. ℞. such. ꝛ musci modicum ꝛ crocum ꝛ bul/liant in vino odorifero: deinde in eo pãnum lini reponen/do postea ponas pãnum penes te: et cum opus fuerit inci/de de ipso pãno aliquam partem: et suppone eum vulue: qm̃ odorem faciet: et restringet mirabiliter: ita ꝙ multam satietatem viri habebit de ea. ¶ Sunt aũt mulieres que/dam que frigiditate fastidiunt coitu: et non delectanˀ in vsu eius: et iste debẽt accipere in cibo testiculos ceruli aut tauri: qm̃ libidinem excitãt. ¶ Dixit Simeon ꝙ supposi/tio facta

tio facta cũ musco mixto cũ.ʒ.et dipere excitãt mulierem ad libidinẽ ꝛ calefacit eã:et vʒ in hoc assũptio.ʒ.ꝯditi frequenter. ¶Dixit Ras.xiº ꝯti.ad calefaciendum vuluam tere cordumeni ꝛ cribella cũ sirico spisso ꝛ paꝝ ex eo suppone cũ oleo sambucino:qm̄ calefaciet ꝛ sentiet iuuamen tñ ipsius ꝛ non abundãter vtaꝛ ea : vñ noli abundãter vti suppõne.ꝛ hoc idẽ dixit Ras. de cordumeno ꝛ cardamomo. ¶Ut mulier que corrupta est ꝛ tradita est viro ꝓ virgine virgo appareat:studeat in ꝯstrictione vulue:vt dictũ est:ꝛ anteq̃ vir cũ ea ad coeundum accedat supponat sibi partem intestini colũbe repletam sanguine ipsius colũbe ex oĩ extremitate sutum subtilr̃.nam cũ coiuerit scindetur ꝛ sic sanguinem emittet:vnde virgo reputabitur.

¶De malitia complexionis testiculoꝝ. Cap.xix.

Malitia complexionis testiculoꝝ accidere põt queãdmodum ꝛ accidit alijs mẽbris:vt in p̄cedẽtibus dictũ est pluries ꝛ simplex ꝛ cõposita ꝛ vtraq̃ pura vel ĩpura:siue cuʒ mã:siue non:ꝛ quecũq̃ sit ledit opationes eoꝝ nãles:ꝛ p̄cipue gñonem spũs genitiui:ꝛ specialr̃ que ex eis est frigida:aut frigida ꝛ sicca sit. ¶Et testiculi q̄dem parati sunt mãe ab alijs recipe membris maxime supioribus pp colligantiã quam hñt cũ eis. Et ꝓpterea ꝙ sunt caro spõgiosa parata recipe mãe ꝛ imbibi humiditatibus delatis ad ipsos ꝛ adiuuat ad hoc situs eoꝝ ꝓpe instrã expulsionis supfluitatũ:ꝛ silr̃ pẽdentia ipsoꝝ.cõplexio ipsoꝝ mãlis est plurimũ q̃nq̃ cõicat ipsorũ cõplexio mala ofco:ꝛ hoc vtplm̃:ꝛ q̃nq̃ non cõicat ei:ꝛ accidit ipsa q̃nq̃ mala cõplexio in ambobus sil:q̃nq̃ in vno eoꝝ:q̃nq̃ est priuatiua : ꝛ q̃nq̃ est extrinseca añs vel ꝯiuncta. Et sunt quecũq̃ dicte sunt pluries in alijs membris potẽtes inducere cõplexionem malaʒ cum puenerint ad hoc vt alterent ꝛ pmutent testiculos ab ipsoꝝ cõplexione nãli ad illud qđ est p̄ter naturam.

De signis malaꝝ cõplexionũ testiculoꝝ.dixit Aui. sunt vt accidãt signa que signãt ipsoꝝ cõplexiones nãles.s.eas que sunt lapse multum : que posita sunt supra in suo caº:ꝛ hoc dũ fuerint p̄us. Si itaq̃ hñti aliq̃ cõplexioneʒ testiculoꝝ nãlem supueniũt signa signantia aliq̃ ex alijs cõplexionibus nãlibus eoꝝ signaꝛ ꝙ sua nãlis cõplexio pmutata est ad cõplexionem innãlem ad illam.s.q̃ illa signa signãt. Si enim fuerint signa cõplexionis calide nãlis:ex quo supuenerint hñti cõplexionem nãlem nõ calidaʒ:signaꝛ ꝙ testiculi eius patiunꝛ malã cõplexionem calidaʒ.distinctionem tñ illaꝝ cõplexionum.dixit Aui.signat sensus.i.cognitio habita ex his que dicta sunt in p̄cedẽtibus de signis malaꝝ cõplexionum ꝛ alioꝝ mẽbroꝝ:que pñt afferri ad istum locum vel sensus.i.signatio sensualr̃ pcepta de pmutatione coloris ꝛ pmutatione appetitus venerie ꝛ pmutatione spmatis ꝛ tactus loci ꝛ his silibus:vt dolore pruritu ꝛ alijs similibus.

Cura complet dieta ꝛ potione:ꝛ opꝫ vt dieta in toto regimine sit opposita in tota q̃litate malitie cõplexionis:ꝛ sit diminuta in q̃titate nutrimenti : ꝛ maxime si fuerit mala cõplexio mãlis. ¶Et potio impleaꝛ alterãdo malã cõplexionem ad ꝯtriam qualitatem ꝛ mãm si affuerit euãndo cũ flobotomia ꝛ solone vẽtris:ꝛ p̄cipue vomitu ipse enĩ in hoc loco plus ꝯfert q̃ solo vẽtris:ꝛ auxilia sumunꝛ que in alijs multoties dicta sunt:ꝛ que iteꝝ dicenꝛ in sermone sequẽti de cura apatum testiculoꝝ.

¶De pruritu testiculoꝝ osci ꝛ inflãmatione. Cap.xx.

Pruritus testiculorum siue osci ex eisdem causis accidit : quibus pruritus in alijs membris ꝛ eisdem signis discernitur inter species eius. Eius tamen qui accidit in senibus multum difficillima est curatio.

Et cura eius est duplex.vna gñalis que dẽa est in sermone sequẽti tractatu de decoratione. ꝛ alia est specialis afferẽda ad locũ istum post impletionem cure gñalis. ¶Dixit Sera.si pruritus accidit in mẽbro virili:ꝛ de ꝯsuetudine pluum hoium est vt accidat illud:tunc ꝯueniẽs est hoc linimentuʒ. ℞.ceruse plũbi.ʒ.vi.sulfuris albi ʒ.i.opij.ʒ.i.fiat ex eis linimẽtũ in aceto cũ aqua cõmixto. ¶Et dixit.ad pruritũ testiculoꝝ q̃n resudat ex eis quasi aqua. ℞.acacie memithe.añ.ʒ.i.salis armoniaci aloes succotrini sumach.añ.cbirat.iij.croc.paꝝ vsnee. Et xiº ꝯti.loco eius hr̃ ypaꝛtelli q̃tum de oĩbus teranꝛ ꝛ ꝯficianꝛ cuʒ oleo sambucino. Et xiº ꝯti.dr̃ cuʒ oleo de iessamino ꝛ administrenꝛ:q̃n est mirabile. ¶Dixit Iuõ.ꝯfert caliditati ꝛ prurituĩ testiculoꝝ illinitio facta cũ myrra aceto ꝛ aq̃ solatri. Et dixit Ras.xiº ꝯti.dico ꝙ ꝯfert inflãmationi intẽse in eis illinitio facta cũ aqua solatri ꝛ iusquiami supꝛ eos ꝙ si nõ inuenit iusquiamus mitte de opio loco eius. Dixit Paul.illinitio fiat in balneo cũ aceto vini oleo ros.nitro ꝛ alumine ꝛ modica stãfisagria:ꝛ post exitũ eius a balneo illinitio fiat cũ albumine oui ꝛ melle. Dicunt q̄dam. ℞.farinam fabarum ꝛ albumen oui ꝛ olei ros.commisce ꝛ illine ꝛ conuenit in principio.

¶De dolore testiculorum. Cap.xxi.

Dixit Auic.dolor testiculoꝝ fit ex malitia cõplexionis testiculoꝝ calide vel frigide diuersa:ꝛ ex vẽtositate ꝛ apate ꝛ pcussione ꝛ casu sup vẽtrem. Et cũ est ex malitia complexionis nõ est illic tensio vehemẽs ꝛ cognitio cõplexionis est cuʒ sensu:ꝛ est aut calidus inflãmatus aut frigidus stupefactus:ꝛ nõ est plurimus.s. si nõ est sine mã:sed bene est mã humoralis vel ventosa : ꝛ cũ ventoso est pmutatio ꝛ tensio sine grauedine:ꝛ cuʒ apostemoso est grauedo ꝛ reliqua signa apatis eoꝝ:ꝛ cum illis reliquis.s.factis a causa priuatiua.aĩs.p̃mitiua.cause eorum sunt signa eorum.

Cura dixit Auic.manifesta est ex eis que dicta sunt in calefactione ꝛ infrigidatione testiculoꝝ.s.si fuerit sine mã:sed si cum mã fuerit. Cura est cum p̄missione euõnis ẽm ꝙ mã ipsa requirit. Et q̃n frigus eius est vehemens tũc cura eius est oleum de cherua.s.vel aliud sileꝛ in quo dissolutũ sit euforbium. Et si vehemẽs est dolor ꝛ sit inflãmatio ꝛ adustio:tũc cura fiat cum infrigidãtibus in q̃bus positum sit paꝝ thuris ꝛ opij. ¶Dixit Hal.in facto a cã frigida.sup. vel ventosa cum felle tauri.sup.vel alterius aialis cataplasma addito modico melle.est enim vtile ꝛ sambuci vnge oleo vel sambucino in quo castorei modi cum miscueris aut cũ oleo nardino. ¶Et ꝯfert in ventoso trifolium siluestrem tunsum ꝛ supappositum. Et emplm̃ de cimino ꝛ farina fabaꝝ ꝛ passulis ꝛ croco:ꝛ q̃nq̃ apponiꝛ in eo mel. Et ex ꝯferentibus anodinis est lana succida cũ adipe anatis vel anseris aut galline. ¶Et cura facti ab apate est cura illius. ¶In facto.dixit Aui.a pcussione vel casu opꝫ vt fiat flobotomia et infrigideꝛ membꝝ cum infrigidantibus repcussiuis absq̃ stipticitati vehemẽti:quare dolorem faciãt:immo cum eis sit virtus lenitiua : sicut viole et nenufar et cucurbita ꝛ silia : deinde post illud administreꝛ mucillago altee et camomilla et silia. Et iterum gũmi pini et myrra cum aqua frigida et butyꝝ et gluten alimbath equaliter.

¶Dicunt quidam. si cum dolore fuerit vlcus : apponatur cinis lane succide cum adipe anatis. ¶Et ad constrictionem testiculorum. dixit Simeon. fiat inunctio cum melle et passulis cimino et cera : aut butyro vaccino cocto. ¶Et in excoriatione osci ꝛ virge.dixit Haly. cum oleo rosa.inungeꝛ:etiam rose et myrtum pulueriza et cataplasmat aut ceruse vnge vnguẽto:aut qđ ex gallis et oleo fit rosato. ¶Dixit Judeus. vidi cadere pellem ouorum cuiusdam

totaz ꝛ denudata fuerũt oua ipsa ab oĩ residuo pellis ꝛ cu rata fuerũt cũ sandalis ros.cãphoꝛe ꝛ lapide mole ferri li nitu in aq̃.solatri ꝛ sana sunt. Et ego vidi hũc casũ in Pau lo bastario in melano nuti ꝛ ambo sanati fuerunt.

¶ De titillatione virge. Cap.xxij.




Trui ꝛ Alarõ.dixit. A.est egri° frida: ꝛ est i mulierib⁹ plus q̃ i viris: ꝛ est ti tillatio vel salt⁹ v̄ge i viris: ꝛ i oꝛe m̄ricis i mu lierib⁹ ꝛ tẽsio i vasis spmatis: ꝛ mollificatio ꝛ tetanus ꝛ spasmus ipsoꝝ: ꝛ tũc inflat̃ vẽter egri cũ sudoꝛe frido. Alij aũt dicũt q̄ ista egrit° est iectigatio vel salt⁹ adueniẽs v̄ge: q2 cõmouet̃ freq̃ter in nolũtarie cũ aliq̃li tẽsione pueniẽs ex m̃a mala melica moꝛ dicatiua quã refugiũt mẽbꝛa spmatis: i qb⁹ ꝯtinet̃: q̄re ꝯ bunt̃ vt expellat̃: ꝛ spasmũ seq̄tur attractio musculoꝝ vir ge: vñ ipsa eq̃liter erigit̃ ꝛ mouet̃ motu iectigationis ꝛ sal tus: ꝛ vplim seq̄tur hoc apa calidum in dictis locis.

Et signa hñr ex relatione ꝛ discernit̃ inter dictas spe cies eius per signa distinguẽtia malaꝫ com plexionem dictoꝝ membꝛoꝝ calidam a frigida.

Cura si fuerit ibi m̃a mala frida que vẽtosat̃ ꝛ extẽdit̃ ꝛ digerat̃ ꝛ euet̃ cũ farmacijs ꝛ clysterib⁹ ꝛ diuer tat̃ ad supioꝛa cũ vomitiuis ꝛ alijs modis diuersiõis: ꝛ ru tã viridẽ ꝯtere cũ sale ꝛ melle ꝛ misce ꝛ suppone: aut poli podiũ foꝛtiter tere cũ sepo bircino dũ vnũ coꝛp⁹ fiãt: ex cõ sup petiã extẽde ꝛ sup tegulã calefac ꝛ suppone ꝛ sepi⁹ mu ta. ¶ Si võ fuerit a m̃a cal'a.dixit. A.q̃n hec egri° p3 ꝛ est in pñ° op3 fieri flõmia ꝛ vẽtosatio.s.i natib⁹ cũ scarificatio ne ꝛ mittant̃ sanguisuge: deide fiat vẽtris solo nõ sel' subi to q̄re descẽdat aliq̃d ad mẽbꝛa ipsa ifirma: sed paulatĩ cũ facilitate: ꝛ istud fiet cum eis que sunt sicut aq̃ volubilis ꝛ cassiafi.ꝛ aq̃ sicle ꝛ aq̃ solatri cũ cassiafi.ꝛ cũ iure limaciaꝝ ꝛ cũ iure oleoꝝ fridoꝝ leniẽtiũ m̃am: vt spinaciaꝝ attripli cis ꝛ his filiũ. Et fiat clysterizatio ex sebestẽ ꝛ prunis ꝛ al tea ꝛ sicla ꝛ siracost ꝛ attriplicib⁹ ꝛ que sũt his filia. ¶ Et pueniat̃ ad vltimũ de epitimatib⁹ frigidis valde i frigidãti bus supra mẽbꝛa coit⁹ supra doꝛsũ: sicut est illud q̃d fit de iusquiamo nigro ꝛ chimolea ꝛ alijs dictis in priapismo ꝛ apatib⁹ testiculoꝝ calis. ꝛ dixit q̄ radix nenufaris ꝛ radix lilij sunt ꝯueniẽtes in augmẽto ad hãc egritudinẽ.s.cũ fue rit i augmẽto. ¶ Or si v̄ge titillatio ꝛ extẽsio cũ apate fiat. dix̃ Hal.flõmiã ipera basilice ꝛ cibis palce subtilib⁹: vt cu curbita spiachijs ꝛ filib⁹ ꝛ cataplasma veretꝛ ifrigidãtib⁹ vt sandalo cũ aq̃ lactuce vel coꝛiãdri vel solatri ꝛ terrã mi sce armenã vel chimoleã ꝛ pbibe ne supius iaceat ꝛ oꝛdei aquã ppina ꝛ poꝛtulace ꝛ v̄ge pastoꝛis. ¶ Jud.ad apa ca lidũ i pte testiculi. ℞. lẽtiũ excoꝛiataꝝ ros. ꝛ coꝛticũ grana toꝝ acetosoꝝ co q̃ ea bñ: deide tolle aquã ipsoꝝ ꝛ misce cũ oleo ros. ꝛ fac illinitionẽ sup eos: deinde. ℞.subani eoꝝ ꝛ ꝯtere ꝛ misce cũ ol.ros. ꝛ pone sup eos: ẽ eni bonũ ꝯferẽs.

¶ De casu osci ꝛ mollificatione eius ꝛ virge. Cap.xxiij.



Ollificatio q̃nq̄ accidit osco: ꝛ q̃nq̄ v̄ge: lassat̃ eni oscũ aliq̃n ꝛ descẽdit ꝛ ꝓlõgat̃ ita vt inde accidat q̄ testi culis facile supueniat lesio ex compressione: vñ dolẽt: ꝛ q̃nq̄ apant̃: ꝛ q̃nq̄ hec ꝓlõgatio fit ex m̃a flãtica defluxa ad ipsum que ibibit̃ i poꝛis eius ꝛ mollificat texturã poꝛoꝝ ipsius. Et q̃nq̄ est cã eius caliditas dissoluẽs humiditates eius: q̃bus dissolutis rari ficant̃ poꝛi eius vnde ꝓlongatur ꝛ mollificatur.

Signa habentur per sensum.

Et cura est vt digerat̃ m̃a ꝛ euet̃ ꝛ rectificent̃ mẽbꝛa mãdãtia m̃am ad oscũ: deinde curet̃ locus cũ stipticis desiccãtib⁹ calis. Et si cã fuerit calitas ponat̃ oscũ in aq̃ frigida ꝛ cũ frigidis stipticis epitimet̃. Or si nõ ꝯtule rint remedia dicta op3 vt supfluũ existẽs ab eo abscindat̃: q̃d sic d3 fieri: testiculi ad supioꝛã decẽter eleuent̃: deide su b eis spacio digiti vnius fiat sutura ꝛ post suturã icidat̃ q̃d est sub ea ꝛ curet̃ cura vulneris. Et v̄ge silr accidit mollifi catio ex hũiditatib⁹ defluxis ad lacertos ad ipsam que ibi bunt̃ in eis: ꝛ signa hñr p visum: ꝛ q̄ nullo mõ põt erigi v̄ga: ꝛ cura eius est cũ digõne ꝛ euõne m̃e. ¶ Dixit Ras. p ꝯti. q̄ cuius lacte caseo ꝯdimẽtis acetosis ꝛ oib⁹ oleribꝰ frigidis ꝛ silib⁹ ponant̃ edicamina localia.i.cal'a desiccati ua sup partẽ iferioꝛẽ spinalis medulle ꝛ sup medullã que est vmbilicũ ꝛ pectinẽ ꝛ sup pudendũ: ꝛ cũ hoc vtendũ est medicinis augẽtibus vel afferẽtibus actũ venereum.

¶ De eleuatione testiculoꝝ ꝛ coniunctione. Cap.xxiiij.




Tlandoq3 occultant̃ ꝛ eleuant̃. dixit Auic. testiculi ad mirach vẽtris vt difficultas fiat vrine ꝛ fiat doloꝛ cuꝫ nũngit̃ ꝛ accidit distillatio eius. Et cã eis di xit ꝯti: xi° Simeon. est debilitas caliditatis in nate. ¶ Dixit Hip.2° ꝓnosticoꝝ. q̄ ꝯctio testi culoꝝ in acutis eueniẽs est signũ moꝛtis. ¶ Dixit Aui. cu ret̃ cũ emplis ꝛ vnctionib⁹ calefaciẽtibus ꝛ ꝯfoꝛtãtibus ꝛ attractiuis ꝛ ex bonis est fomẽtatio cuꝫ vino decoctionis calamẽti. ¶ Dixerũt Jnõ. ꝛ Simeon. igrediat̃ patiẽs bal neũ p septem dies successiue. Et Auic. dixit. fiat assiduatio balneationũ ꝛ tinaꝝ ꝯtinuaꝝ. Deinde dixerũt alij. ipone in foꝛamen virge cãnellã ꝛ insuffla p eã violẽter donec insuf flentur virides ꝛ inde descendunt testiculi.

¶ De doloꝛe in virga. Cap.xxv.



Oloꝛ accidit v̄ge sicut dictũ est. ipsam ac cidere testiculis. Et multoties acci dit. dixit Aui. ex retẽtione vrine quẽ clysteria lenia sanãt: ꝛ vt sit ꝯtẽtus i potu aque oꝛdei cũ iulep: ꝛ nõ approximet seminib⁹ diureticis vt nõ descẽdãt supfluitates ad virgã: ꝛ silr vitẽt solutiua faciẽtia descẽdere m̃as ad inferioꝛa: sed vtant̃ cly sterib⁹: deindẽ post clysteria fiat euapoꝛatio in circuitu pe ctinis ꝛ virge tãte quãtitatis.i.tãdiu vt leniat̃ cutis ꝛ fun dat̃ desup aqua tepida ꝛ liniat̃ cuꝫ oleo violato. ¶ Dixit Apulegius q̄ radix iusquiami albi alligata femoꝛi dolo res ingulnũ mirifice tollit. ¶ Or si doloꝛ acciderit in pecti ne vel virga a ꝑcussione vel casu ꝛ silibus apponat̃ empla strũ ex nenufare.i.viol'.cucurbita ꝛ silibus: ꝛ postea in ꝓ cessu fiat emplastruꝫ ex camomilla ꝛ mucillagine altee vel de alijs consimilis nature.

¶ De pruritu. Cap.xxvj.



Auicẽna dixit. fricatio siue pruritus vir ge fit ex materia calida effusa ad ipsam ꝛ ex sudoꝛe acuto resudãte ꝛ ex poꝛis ipsius q̄re faciat ipsaꝫ fricari.i.prurire: ꝛ q̃nq̄ est cum excoꝛiatione.

De cura dixit Aui. expellat̃ humoꝛ faciẽs pruritũ cũ flobotomia ꝛ solõne vẽtris.s. ꝛ vomitu ma xime: deinde sumat̃ acatie ꝛ memitheamboꝝ. añ.3.i. salis armoniaci aloes añ. sextã.3. vnius: croci duodecimã.3.i. ꝛ q̃tũ sunt oia vini: ꝯficiant̃ ꝛ terant̃ oia cũ oleo sambuci: noꝛest eniꝫ mirabile: ꝛ q̃nq̄ sedat̃ si liniat̃ desup in balneo acetũ ꝛ oleũ ros. ꝛ sint in ipso nitrũ ꝛ alumẽ: ꝛ si m̃a est fri gida ponat̃ cũ ipsis modicũ stafisagrie: ꝛ cũ egredit̃ ex bal neo liniat̃ cũ albumine oui ꝛ melle: ꝛ si nõ ꝯfert aliud: ꝛ cũ facta est flõmia ꝛ euacuatio: ꝛ tũc fiat vẽtosatio ab interioꝛi parte coxe ꝓxime illius loci ꝛ alia mittant̃ desup sansuge. ¶ Unguẽtũ bonũ. ℞. ceruse plũbi.3.viij. sulfuris non cõ busti.3.ij. stafisagrie.3.i. ꝯficiant̃ cũ aceto. ¶ Aliud vtile. ℞. ceruse.3.vij. citrini vitrioli.3.ij. opij.3.i. terant̃ cũ aceto aq̃ pmixto ꝛ ptib⁹ genitaliũ appoñt̃. ¶ Aliũ silr vtile. ℞. vitrioli citrini ꝛ litarg. añ. ꝛ terant̃ cũ aceto ꝛ liniant̃ ꝛ tol lũt siccã scabiẽ: ꝛ si addat̃ opiũ tollũt pruritũ. ¶ Fomẽtũ cũ aq̃ decoctionis saluie folioꝝ.s. ꝛ stipitũ pruriginẽ tollit ꝛ tumoꝛem.

⁊ tumorē. Et dicūt qdā ꝙ plus vꝫ in hoc saluia siluestris. ¶ Et dicūt. si pruritus est imoderatus edera terrestris ⁊ absintiū ⁊ rosa decoquant᷑ i aq̄ ⁊ supponant᷑ ⁊ alumē scissuꝫ. ¶ Pruritū ⁊ ardorē ⁊ excoriationē genitaliū tollit succus pomoꝝ ponticoꝝ vel stipticoꝝ: ⁊ succus ēt arboris eoꝝ cū modico vini iūctus est eis vtile. ¶ Dixit Raſ. 2° ꝯti. in pruritu iteriori parte veretri admisce aloē in aq̄ ⁊ clysteriza cū ea aut cū siel memithe ⁊ aceto. Et si adustio iterius sit cū tumore vel sine vtil'r imittit᷑ succus cimbalarie ⁊ ēt exterius applicat᷑. Et vꝫ ad scissuras v̄ge vtile vngm̄ hoc. ℞. chimolee ⁊ cerā ⁊ vitellū oui ⁊ oleo ouoꝝ inungat᷑. ¶ Dixit Alber. si pellis capitis v̄ge sit nimis curta ⁊ querit᷑ elongatio eius itret balneū ⁊ in eo trahat mellē ⁊ inungat cū melle: ⁊ hoc sepe faciat: qm̄ augmētabit᷑. ¶ Qr̄ si v̄ga corrugef. dixit Aui. lenificet᷑ cū lenitiuis ex oleis: sicut sisamino ⁊ narcissino de lilio: ⁊ de adipibus subtilibuꝫ notis: sicut galline ⁊ anatis ⁊ medullis cruris vaccaꝝ ⁊ ceruoꝝ ⁊ cera ⁊ rasina in balneo siue balneo ⁊ clystere fiat ex hoc gn̄e cum inunctionibus ⁊ collirijs ēt donec equetur.

¶ De corrugatione virge ⁊ opilatione eius. Cap. xxvij.

Opilatio qn̄q₃ fit in v̄ga ꝓhibens exitū spermatis ⁊ vrine vel alterius eoꝝ. Que fit aut ex pustulis in meatu virge oris: ⁊ cura huius. dicit Hal. est flōmare basilicā ⁊ emplm̄ facere virge cū psilij semine ⁊ oleo rosaꝝ: ⁊ dū pustula rūpat᷑ hoc facies: qua rupta colliriū album cū puellam lactātis lacte ⁊ oleo rosaꝝ ⁊ inijcies bis vel ter in die: sic enim velocius curat᷑. vrina nāq₃ cum per ipsam sepius transeat cicatrizat.

¶ Aut fit ꝓp humores grossos ⁊ viscosos in meatu v̄ge retētos. Et in huius cura. dixit Haly. cibos da calefacientes ⁊ subtiliātes: vt ciceꝝ aquaꝫ cū oleo oliue ⁊ cimino aneto: ⁊ ex olerib⁹ apiū anetū feniculū ⁊ silia. Et. ℞. seminū apij feniculi anisi ⁊ dauci mōtani. an̄. par. i. seminis melonis partes. ij. da exagiū cū ciceris nigri aq̄ ⁊ cimini: ⁊ v̄ge inijcies aquā cū qua coxeris semē apij ameos alkekēgi cū modico mellis ⁊ oleo sambucino: qm̄ humores icidit grossos ⁊ expellit a meatu: ⁊ sup veretꝝ distilla aquā in qua coxeris camomillā mellilotū artemisiā sansucuꝫ ⁊ silia: ⁊ ex his que subtiliāt ⁊ resoluūt. ¶ Et aliqn̄ fit ex lapide: ⁊ dicta est cura eius loco suo. ¶ Dixerūt qdā ꝯ spasmū hoꝝ mēbroꝝ ⁊ ēt alioꝝ linguā bouinā bibere da: ⁊ sine dubio liberant᷑ si voluerit deus: cui sint gratie infinite.

In hoc tractatu dōm est de sterilitate ꝯceptione ⁊ partu ⁊ reliqs dispōnibus mr̄icis: ⁊ ꝯtinet tractatus iste capitula. 33.

¶ In sequenti sermone dicet᷑ de emorroydibus ⁊ ragadijs mr̄icis ⁊ carne addita in ea ⁊ silibus passionib⁹ eius: que pertineant ad cyrurgiam.

¶ De signis complexionum matricis naturalium. Cap. j.

